
DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS CIVILIS, PARTITIO ET METHODVS.

PANDECTARVM iuris summa partitio in duos tractatus diducitur, Alterū *Proprium* siue τὸν ἔντεχνον, Alterū verò *Accessorium* ac propriè veluti appendicem.[1]

Quæ ad τὴν ἔντεχνον, id est, iuris Quiritum cum publici tū priuati interpretationem propriè pertinent, in duo capita æquè diuidūtur.[2] Vnū primariorū quæ τὰ πρῶτα dicuntur Iustiniano, alterum posteriorum siue quod idem est, directorum.[3]

Et est sanè hic docendi procedendique ordo naturalis, vt si quæ altiorem habeant quæstionem, vel propter quæ alia ceu præambula inuenta sunt, tanquam posteriora reijciantur in tractatum directum: Atque ita respondit Vlpian. in ad exhibendum actione.[4]

1. à tit. De Iur. fisc. lib. 49. deinceps.
2. vsq. ad tit. De Iudicib.
3. vsq. ad d. tit. De iur. fisc.
4. In l. 3. §. ib. & in l. si quis hominem. Ad exhib.



Pandect. pars prima, τῶ προώτων.

Digestorum seu Pandectarum liber primus.

PORRO τῶν πρώτων (quemadmodum & totius doctrinæ iuris) partes sunt duæ, est enim altera ipsius iuris ac legum: [5] altera eorum, ad quæ omne ius quo vtimur, pertinet. [6] Hæc ad τὴν πρακτικὴν vsusque politici discursum refertur. Illa vero πρὸς τὴν διδασκαλικὴν, & vt leges habeantur de legibus. [7]

5. Vsque ad tit. De stat. hom.
6. vsque ad tit. De Iudic.

Iuris quidem præcipua capita sunt tria, vnum est, *De subiecto artis, & arte*: Iustitiam nanque colimus, boni & æqui notitiá profitemur, [8] *Tit. de Iust. & Iur.* Huic antistrophos & correspondens est titulus *De Iust. & Iur. et tit. de iur. nat. gent. & ciuil. Inst. lib. 1.* Alterum verò *De initijs & progressu*, totius iuris Roman. & idem obiter *De magistratib.* sine quibus ius ex iure non redditur, & de auctoribus legum *Iureconsultis*, nimirum vt ne illotis (quod aiunt) manibus, protinus materiem interpretationis tractemus. [9] *Tit. de orig. iuris ciuilis & omnia magist. & Succes. iurisprudentum.* Antist. §. responsa & §. & non ineleganter d. tit. de iur. nat.

7. Arist. 2. c. primi ad Nicom.
8. l. 1. hoc tit.
9. l. 1. hoc tit.

Tertium deniq. caput est, *De partib. seu specieb. Iuris Romani*, quarum ea differentia est,

est, quòd quædá ad rempub. pertineant, sui iuris, ac mancipij, id est, vt Brut. ad Cic. dicebat, [1c] quæ nullius dominio subdita est, partim iure scripto, partim moribus vtens. *Tit. de legib. & Senatusc. & longa consuetudine.* Antist. §. lex est & §. Senatusconsultum, & §. sine scripto d. tit. de iure nat. Quædam vero ad Remp. alieni mancipij. regimentis etenim reip. perpetuo ad Impp. tráslatis sequuta est noua iuris species, nempe placitum principis. [1] *Tit. de Constitutionib. principum.* Antist. §. sed & quod, d. tit. Et hęc quidem de iure ipso, nunc ad obiecta iuris digredimur.

Brut. ex Cic. ad l. 2. de orig. iur.

1. l. 2. §. nouissi. d. tit. De orig. iur. & l. vnica hoc tit.

Omne autē ius quo vtimur vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. [2] Cum igitur hominum caussa, omne ius constitutum sit, primo de personarum statu, [3] ac post de cæteris, ordinem edicti perpetui secuti, & his proximos atque coniunctos applicantes titulos, vt res patitur dicemus. [4] Idemque fere Iustinianus suis iureconsultis præscripsit in componendis digestis, nimirū vt vel ordinem Codicis prius editi, vel edicti perpetui sequerētur, prout commodius viderētur. [5]

2. l. 1. de stat. hom.

3. vsque ad tit. De rerū diuis.

4. Herm. in l. 2. de stat. hom.

5. Iust. in l. 2. C de ver. iur. enu.

Personarum itaque explicatio bipartita

eſt,prior autẽ ad diuiſionẽ earum pertinet, qua parte eorum precipue meminit Iuſtinian. quæ in perſonis maximũ diſcrimen conſtituũt, videlicet Dominij & Poteſtatis. A Dominio quidem ſumma de iure
6.L.3.hoc tit. perſonarum diuiſio eſt hæc: quod omnes homines aut liberi aut ſerui ſunt. [6] nam
7.L.1.de interd. qui nullius eſt, is liber eſt. [7] *Titu.de ſtatu hominum*. Antiſt. Tit. de iure perſonarũ, tit. de ingenuis, & tit. de Libertin. Alia autem diuiſio ſequitur, quod quidam ſui iuris ſuæque poteſtatis ſint, quidam alieno iuri ſub-
8.L.1. hoc tit. iecti, [8] quæ & ius herile & patriũ in ſe continet *Tit.de his qui ſui, vel alieni iuris ſunt*, Antiſt. tit. idem, & tit. de pat. poteſt. & §. ſi aduerſus de nupt. Poſterior vero explicatio ad conſtitutionẽ pariter & diſſolutionem patrię poteſtatis. *Tit. De adoptionib. & emancipationib. & alijs modis, quibus ius pat. poteſt. ſoluitur*. Antiſt. titu. de adoptionib. & titu. Quibus modis ius pat. poteſt. ſoluit. Cęterum quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate dominorum, ex his intelligere poterimus quæ de ſeruis manumittendis, amittẽdoque rerum dominio inferius
9.Lib.pãd. 19. exponemus. Nunc [9] ſummatim pro loco diſpiciendum, qualiter res quoque à rebus diſtin-

distinctæ ac diuisæ in hominũ commercijs dignoscantur. *Tit. de rerum diuisione & qualitate*. Antist. tit. idem vsque ad §. singulorum, & tit. de reb. corporalib.

Actionum porro siue iudiciorum primaria, partim consistunt in describendis magistratib.[1] hoc est, ijs, quib. de quibusdã consultare datũ est & iudicare ac pro potestate iubere: [2] Partim in prælusorio actoris & rei certamine, [2] Partim deniq. in actionibus ipsis, quibus apud iudices inter aliquos de quacunque re queritur, constituẽdis, præpurgãdoque earum vitio: [3] Enimuerò hæc omnia generis eius sunt, vt quanquam in ipsum iudicium sæpè delabuntur, tamẽ ante iudicium, id est, antequam res in iudicium veniat, omnino tractanda videantur. habent enim controuersiæ suos actus in foro, vt olim fabulæ in comœdijs, quorum primus est iudicij & iurisdictionis constitutio, secũdus, litis contestat, ἢγουν ἡ ἐνθυδικία, vltimũs tandẽ est catastrophe, hoc est, sentẽtia aut alius direptę litis terminus.

Primo ergo loco iure agere volenti, perpendẽdum est, apud quem caussa oranda sit, & quàm late eius officiũ tam extra iudicium, quàm in iurisdictione pateat.[4]

1o. Vsq. ad ti. de in ius uoc.

Arist. in 4. pol.

2. vsque ad tit. de in iit. rest.

3. A dict. tit. deinceps.

4. L. factũ de reg. iur.

Ipſorum itaque magiſtratuū duæ ſunt in vniuerſum deſcriptiones, quarum prior eſt, ſecundum varia ſingulorum officia,[4] Poſterior ſecundum iuriſdictionem, imperiumúe iuridiciale omnium iudicum.[5]

In magiſtratu rurſus quidam (vt de ſingulis antè dicatur) iuriſdictionem perpetuam ſui fori iureque ſuo habent, qui ordinarij vulgo dicuntur,[6] Quidam alieno beneficio, eius nempe qui delegauit.[7] his vtriſque velut adminiculantes, accedūt Iuriſd. qui quod in conſilio iudicibus adſunt, ſeu aſſident, *Aſſeſſores* dicuntur. ſedere enim verbum iudicibus eſt accommodatum,[8] Cic. à quibus ſi quis quęreret, ſediſſent ne Iudices in C. Fabricium? ſediſſe ſe dicerēt. pro Cluent. Perpetui autē ſiue ordinarij magiſtratus, Romæ creari ſoliti ſint, aliàs qui vrbanis rebus, aliàs qui prouincialib. pręeſſent, qui diocetę vno verbo dici poſſent.[9]

Nunc verò vrbici, qui ordine κατ' ἀξίαν recenſentur, diſtingūtur ad hunc modum, quòd quidā id interdiu imperiū inhibeāt, de quib. interſeruit aliquot titulos Iuſt.[10] à collegio ſenatorū, aut verius, ab ampliſſimo ordine, incipiens. *Tit. de Senatorib.*[1]

Cæte-

4 à tit. De Sen. vſq; ad tit. De iuriſd.
5 à tit. d. vſq. ad tit, de in ius vo.
6 vſque ad tit. De off. eius, cui &c.
7 l. more de iuriſd.
9. tit. De off. proconſ. vſq. ad d. tit. De off. eius.
10. vſq. ad tit. De off. præf. vig.
1. l. 2. de colluſ. det.

Cæterorũ verò cognitio certæ legi certæque formulæ astricta est, [2]vt puta quorum,aut partes sunt,in negocijs extraiudicialibus & voluntariæ iurisdictionis, cum maxima tamen inter honoratos dignatione.[3] *Tit.de officio consulis.* 2.Quinc.li.3. 3.l.2.de cõsul. lib.12,

In re militari.[4] *Tit.de offic. præf. prætorio* 4 le.6.hoc tit.

In re criminali,[5] dato nimirũ vniuersè sanguinario imperio *Tit. de offic.præf.vrbis* 5.l.1.hoc tit.

In quærendis pecunijs publicis[6] *Tit.de offic.quæst.* Aut tandem in rei priuatæ iudicijs, ciuilis causæ nunc dicitur. præerat etenim fere iam prætor, iudicum iudiciorumque sortitioni, reiectionique.[7] *Tit.de off.prætoris.* 6.l.2.§.de incũ erariũ,de orig. 7.d.l.2.§.cũq. consules.

Quidam vespertinis negocijs præsunt, qui nocturni dicuntur.[8] *Tit.de off. præf.vig.* 8.l.3.hoc tit.

Atque hæc quidem de vrbicis magist.

Prouinciarum autem populi Rom.præfecti & iudices duorũ sunt generũ: Nonnulli enim cum summo imperio & iurisdictione libera regendis prouincijs mittuntur,qui vicem principis obtinent.[9] Porro prouinciæ,quædam proconsulares,prætoriæ,& præsidales quædam fuerunt.[10] 9.l.si in aliquã in sui iur. titu. proximo. 10.Tranq.in Aug.

Senatores verò prouincias sortiri procõsulares solebant.[1] 1 Cic.pro L.Mã

Hiſque olim moris erat iuridicos ſibimetipſis legare quaſi fiducia contracta iuris dicēdi vicarios, [2] *Tit. De off. procōſ. & leg.*

2. L. legati hoc tit. Cic. ad Att.

Ad ſimilitudinem etiam proconſulis præfecto Ægypti, imperium ſub Auguſto datum eſt. [3] *Tit. de offic. præfect. Auguſt.*

3. L. vnic. hoc. tit.

Nomen præſidis generale eſt, [4] ſed núc præſides appello, qui cum præſidatus titulo ſpecialiter mittuntur. [5] *Tit. de offic. præſid.*

4. l. 1. hoc. tit.

5. Caſſiod. de for. conſul.

Nonnulli vero ſunt quibus minoris atque circūſcripti tribunalis iuriſdictio committitur, nam cùm præfecturę plerumque magiſtratus militares ſint, nec togatorum honores, moris erat cum ijs publicè mitti, qui rem fiſcalem ſeu pecuniariam principis adminiſtrarent [6] *Tit. de offic. procur. Cæſ. vel rational.* Antiſt. §. item diuus, de excuſat. tut.

6. L. nec quicquā de off. procons.

Eſt & alius magiſtratus (inquit Strabo, de Ægypto prouincia loquēs) [7] qui Dicœodotes dicitur, id eſt, iura reddens & iuriſdictionem habens, in cuius poteſtate ſunt iudicia, *Tit. de offic. Iuriſd. Alexand.*

7. Sub Auguſt.

Hæc quidem de his qui iure magiſtratus iuris dicendi officium ſuſtinent. [8]

8. A tit. de Senat.

Qui autem mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, propriú nihil habet, ſed eius qui manda-

mandauit, iurisdictione vtitur.[9] *Tit. de off. eius cui mandata est Iurisd.* 9. L. 1. §. fin. hoc tit.

Postremus tandem locus est, de officio assessorum, quo iuris studiosi partibus suis funguntur.[10] *Tit. de offic. assess.* 10. L. 1. hoc ti.

Digestorum seu Pandectarum liber secundus.

POST titulos aliquot speciales de officijs magistratuũ[1] propiùs ad iudiciale negocium (quod habet in se dictionem sententię) accedendo, eorũ omnium (vt dictũ est)[2] ius ac munus quod in iurisdictione, id est, in cẽsendi officio consistit, communiter explicat Iustinian.[8] 1. A tit. de Sen. 2. Lib. 1. 8. Vsq. ad tit. de in ius vocãd.

Qua quidem in re operæprecium est, de potestate & officio ius dicentis, quod latissimum est, initium interpretari.[9] *Tit. de Iurisd. omnium iud.* 9. L. hoc tit.

Atque consequenter de edictis prætorum, iurisdictionis, imperijque publici gratia propositis, quæ dupliciter accipienda sunt, Altero modo, quo id quod iurisdictionis perpetuæ caussa in albo propositũ erit, tuemur cuiusmodi tractatus quoniam caussam cõnexam, cum iam dictis habeat, veluti appẽdix est superioris tit.[1] Altero, quo ad ea, quæ prout res incidit à magi- 1. si quis, jd.

ſtratib.edicuntur, id eſt, in vſum temporarium ac priuatũ pertinent, eſtque huius diſtinctionis vſus ex eo natus, quod prætores iuri & conſtituendo, & reddendo præerant, vnde vtroque verſus edixerunt. Edicta porrò ſecundi modi, duarũ ſunt formularum. eſt enim aliud, quod partim ad magiſtratus ac iudices pertinet, ne videlicet in iure dicẽdo officio ſuo decedát, partim ad iuris iudicijque imperationẽ [1], *Tit. Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit vel obtinuerit, vt ipſe eodem iure vtatur.*

1 *d.1.hoc tit.*

Aliud verò ad maieſtatem iuſtitię & curiæ iudicum auctoritatem comiter conſeruandam retinẽdamque refertur, id eſt, ne contumacia aduerſus imperiũ Iuriſdictionis valeat. [2] *Tit. Si quis Ius dicenti non obtemperauerit.* Antiſt. §. fin. de perpet. & [3] temporalib. Hucuſque de magiſtratibus.

2 *l.vnl.hoc tit.*

3 *à dict. tit. de Senatorib.*

Nunc quoniam omne iudicium conſtituitur inter duos, nempe eum qui petit, & eum vnde petitur, explicanda venit prima cauſſæ velitatio, cuius quidem partes, ac veluti gradus ſunt, In ius vocatio, Editio actionis, ac deinde (niſi res componatur) Poſtulatio. Quantum ad primum attinet, ait Imper. omnium autem actionum inſtituen-

ſtituendarum principium, ab ea parte edi-
cti proficiſcitur, qua prętor edicit de in ius
vocando : vtique enim in primis aduerſa-
rius in ius vocandus eſt, id eſt, ad eum vo-
candus qui ius dicturus ſit[3] *Tit. de in ius voc.* Antiſt. §. fin. de pœn. tem.

3 *l. fin. de pœn. tem.*

Quæ porrò ſub hoc titulo annotanda ſequuntur, ad tres omnino locos reduci poſſunt. Eorũ primus eſt de auctoritate & effectu citationis, hoc eſt, quatenus quiſq. ex in ius vocatione obligetur : vnde edicitur ſub titulo in ius vocati, vt eant, vel ſatis, aut cautum dent. habet igitur is qui vocatus eſt electionem, vt vel confeſtim veniat, vel iudicij ſiſtendi cauſſa, (ſaltem donec iudiciũ accipiatur) idoneè caueat. Alter ex ordine eſt,[4] de iudicijs, quæ contumacię ac deſertionis, ſiue (vt nũc loquimur) defectus pœnas continẽt. ſolent nempe iudices poſtulantę aduerſario contra emanſorem eremodicium pronunciare, hoc eſt, quòd Gręci *διδόναι τὸν ἔρημον* dicunt, nos, dare defectum, atque ita deinceps pœnam commiſſam. Duorum igitur generum ſunt eremodicia. ob vadimocinium enim deſertum, & ob conuẽtum iudicialem deſtitutum, eremodiciũ pronũciatur:

4 *vſq. ad tit. de ferijs.*

Conuen-

Conuentum destitutũ appello si ad diem tribunalitiũ in ius itum non sit. Enimuero conuentũ agere iudicialem curia dicitur, quando actionibus & partium altercationibus vacat.[5]

5. L. qui dolo, de vi publ.

Atqui in hoc vltimo genere committẽdi eremodicij, pœna duobus edictis cõstituta est. Vna aduersus contumaciã vocati.[6] *Tit. Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit * quẽ ex edicto non debuerit.* Hũc igitur titulum subsequi omnino oportuit, quod in ius ire vocatos prętor prius edixisse videatur, quam pœnam, mulctamque præcepisse si non iretur.[7]

6. L. 2. hoc tit.

*Siue quis per eum cauerit per &c.

7. Annot. Italian. hic.

Altero aduersus temeritatẽ alterius, vi, doloúe malo, reum, iudicio eximentis.[8] *Tit. Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat.* Antist. §. item aduersus de actionibus.

8. L. 1. hoc tit.

Aliud autem genus eremodicij (vt diximus) est, ratione non obiti vadimonij, est enim vadimonium, sponsio sistendi in iudicio.[9] Ad cuius quidem rei pleniorem intelligentiam,[10] præfari illud habuit Iustinianus, quemadmodum cautiones præstentur, id est, quatenus quisque sponsionem atque cautelam reddere compellatur, cum vniuersim. *Tit. Qui satisd. cogãtur,*

9. Bud. ad l. 2. de orig. iur.

10. L. 2. §. nulla si de vet. iur.

vel iurato promittant, vel suæ promißioni commit tantur. Antist.tit.de satisdat.tum particulatim, nimirũ, cum quis eum, de quo noxalis actio est, iudicio sisti promisit. *Tit.Si ex noxali caussa agatur, quemadmodum caueatur.*

Iam autem pœnalia iudicia deserti vadimonij, exemplo superiorum competũt: nam & æquissimum putauit prætor, cum coërcere, qui impedit aliquem iudicio sisti,[1] *Tit.de eo per quẽ factum est, quo minus quis in iudicio sistat.* Similiter & peruicaciá eius, qui contempta sua promissione iudicio sistendi caussa facta, iudicium detrectauerit.[2] *Tit. Si quis cautionibus in iudicio sistendi caussa factis non obtemperauerit.* Hęc de pœnis contumacię & emansionis.[3]

Tertius denique locus est, de his quę remorantur aduersarij euacationem, & de excusatione, restaurationeq́ue eremodicij, sunt etenim iusti quidam, ac nefasti dies, & pleræque aliæ caussæ incidunt, quibus cum aliquo iustitium est, *Tit.de ferijs & dilationibus, & diuersis temporibus earum, &* * *ex quibus caußis feriæ non impediantur.* Cæterum propter quas caussas edictum etiam ob desertionem pronunciatum, circumduci vel restaurari debeat, superior quoque titulus conti-

1. L. 1. hoc tit.
2. L. si duo. §. 1. hoc tit.
3. A tit. Si quis in ius.
* alia non sunt sequẽtia & ex quib.

continet, circũducere autem edictũ iudicis, dici debet, quod nos purgare morã & defectũ dicimus, illoq; verbo Vlp. vſus eſt.[4]

4. in l. & poſt de iudic.

Hactenus de ius vocando, & ad prætorem vel iudicem agendis reis.[5]

5. A tit. De in ius vocand.

Proximus autem gradus τῆς τῆς δίκης προκαλούμενον conſiſtit in edendo qua quiſque enim actione agere volet, prius eam edere ſeu exhibere debet,[6] Tit. de edendo.

6. l. 1. hoc tit.

Editionis porrò ratio & finis eſt, vt proinde ſciat reus vtrum cedere, remque litigioſam cõponere an contendere vltra debeat,[7]. Quocirca abſoluendus eſt antè is articulus, qui pacis compoſitionem continet, cuius profecto prior ac potior ratio[8] eſſe debet. Nam, vt auctoritatem Apoſtoli prætereã, litium ſeges ſeminis plærumque plus poſcit, quam meſſis redditura ſit.

7. D. l. 1.

8. 1. Cor. 6.

Componendæ itaque controuerſiæ via ac ratio duplex eſt, pactum & tranſactio. Pactum autem à pactione dicitur, vnde[9] & pacis nomen appellatum eſt: *Titul. De pactis.* Antiſt. §. & præterea de exceptionib. Tranſactum accipere debemus, quoties de re dubia & lite incerta, neque finita, aliquo dato[10] & retento conuentum eſt. *Tit. de tranſaction.*

9. L. 1. hoc tit.

10. l. 1. hoc tit. & l. tranſact. C. eod.

SIN AVTEM is qui iudicio se stitit, cognitis ijs, quibus actor intentionem suam fundet ad caussam dicendam suique defensionem admitti velit, tũc ad postulandum tam actor, quàm reus, se præparent necesse est, atque ideo apposite, tanquam tertius gradus, tractatus de postulationib.[1] iam dictis connexus est, & veluti è vestigio sequens, quo videlicet continetur iudicialis illa altercatio quę à Gręcis dicitur, διαδικασία. *1.lib.ff.3.*

Primùm igitur tractemus, qui à iudiciorum comicijs remoueantur. edictum nanque prætoris de postulando prohibitorium est, & ad dignitatem pertinet ordinis togatorũ. *Tit. De postulando.* Ea propter tres ordines prætor fecit non postulátium.[2] excepit enim pueritiam, casum, sexum, turpitudinẽ ac infamiã.[3] Sed ne indiscriminatim de infamibus iudiciũ ferẽdo impingamus, qui & quo loco inter infames sint, sequenti titulo (inquit Triphon.)[4] explanabitur. *Tit. De ijs qui notantur infamia.* Ant. §. fin. de except. & §. quibusdam de pœna tem. litig. *2.l.1.hoc tit.* *3.d.l.1.* *4.l.fin.de post.*

Postulantum autem variæ sunt functiones

5 §.1.de ijs si quos agere. & notat. Ascon. Pædian. in diuinationib. nes ac differentię.[5] Sed hoc loco dicẽdum est de his, qui negocijs alienis in iudicio præsunt, ac in se suscipiunt, id est, qui partibus procuratoris funguntur. Atque hoc contingit duobus modis: Vno, de mandato sibi illo munere: Altero modo, citra omnem conuentionem suscepto officio[6]. Circa primum tractat Imp. quòd aut singulorum caussa, in foro agatur ac defendatur nempe mandato domini litis. *Tit. De procuratoribus & defensoribus.* Antist. tit. de ijs per quos agere, Aut corporis alicuius seu collegij decreto publico,[7] *Tit. Quod cuiusq. vniuersitatis nomine vel contra eam agetur.*

6 tit: 1. de negl. gest.

7 1. §. quib. hoc tit.

Absentis autem & ignorantis caussam tuentur negociorum gestores, at hi à reo duntaxat, siue priuato siuè publico, non etiam ab actore dicunt.[8] *Tit. De negocijs gest.* Antist. §. 1. cuius de obligation. quæ quasi ex cont. & § Si verò reus de satisdat.

8 l. nemo de regu. iur.

Tertium iam & vltimum est de calumniosis & sordidis postulantium concussionibus & excussionibus coërcendis: siquidem è iure iniuriam nasci genus sit atrocis injuriæ *Tit. De Calumniat.* Antist. §. quadrupli. versic. Deque ea pecunia de actioni b. Hucusque de iudice & contendentibus.[9]

9. A tit. de Sen.

Digest.

Digestorum seu Pandectarum,
Liber quartus.

POSTREMO tandem loco primariis iudiciorum connectitur (vt superiùs dictum est) tractatus de constituendis actionibus, & in pristinum statum reponẽdis.[10] Atque etiam vt Cic. ait, ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse cõtentio, cùm an sit'ne actio illi qui agit, aut iám ne sit, aut num esse desierit, aut illáne lege, hisce verbis sit actio, quæritur. Quare frequens est, vt ante caput litis, postliminio diplomatico, hoc est, actionis (sine qua nemo experitur) [2] restauratione opus sit,[3] Quæ remedia ex officina æquitatis petenda sunt.

10. *hoc lib.* 4.
1. *in partit.*
2. *l. quoties de admi. tut.*
3. *l. l3. si adver. ib.*

In quo quidẽ argumento primùm illud occurrit, quid sit in integrũ restitutio,[4] deinde quemadmodum sub hoc titulo plurifariam prætor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subueniat,[5] ac tandem de proximis & coniunctis, reliquis titulis Iustinian. pertractat[6] admodum sollicitus ne cui strictum, summumque ius ciuile, fraudi vel captioni sit[7].

4. *tit. 1. hoc lib.*
5. *A d. tit. vsq. ad tit. de recep.*
6. *à d. tit. deinceps.*
7. *Cic. in 1. off.*

Restitutio in integrum est, redintegrandæ rẽ vel caussæ actio,[8] *Tit. de rest. in integ.*

8. *Paul. lib. 1. recept. sentent.*

C Species

Species autem ſeu edicta reſtitutionum variè & ex pluribus cauſis, prætor propoſuit: Quibuſdam enim reſciſſione eius quod geſtũ ſit mero iure, facta, etiam propria actio tribuitur, idque ex his cauſſis quę per vim, metumúe vel dolum geſta eſſe di cũtur.[9] Metus eſt inſtãtis periculi vel futuri cauſſa mẽtis trepidatio.[10] *Tit. De eo quod metus cauſſa geſtum erit.* Antiſt. §. item actio de eo, & §. pręterea de act. Dolus malus eſt machinatio quædam alterius decipiendi cauſſa, *Tit.*[1] *De dol mal.* Antiſt. d. §. pręterea.

9 l. ſi cum exceptioni inf. ti. 1. & l. 1. de dol. mal.

10. l. 1. hoc tit.

1. l. 1. hoc tit.

Quibuſdam verò nuda duntaxat eius quod actum geſtumúe eſt, redintegratio proponitur,[2] Idque ex cauſſis tam certis & nominatis, quàm incertis & prout incidit. Certæ ſunt veluti inconſulta facilitas ætatis. *Tit. De minorib.* XXV. *ann.* Antiſt. §. extraneis de hæred. qualit. & §. ſi quis agens de actionib.

2. l. quod ſi minor §. fin. de minoribus.

Capitis diminutio, eo quòd ſtricto iure ciuili, mutato ſtatu alius videatur quàm qui contraxit.[3] *Titu. De capit. dimin.* * Antiſt. tit. idem.

3. l. tut. hoc tit. * al. de capite minutis.

Incertas verò & innominatas continet edictum monitorium de reſtituendis maioribus.[4] *Tit. Ex quibus cauſſis maiores in integrum*

4. l. 1. in fin. et 2. hoc tit.

grum restituantur. Antist. §.rursus ex diuerso,& d.§.si quis agens de actionib.

Aliud præterea edictum prætoris est, quo, non id quod gestum est rescindit, vel quasi rescindit, vt in edicto superiori, sed duntaxat actionẽ dat in id quod interest.[5] *Tit.De alienat.iud.mutandi caussa facta.*

5 *l.3.§.ex quibus hoc tit.*

Restat tractatus de receptorum restitutione, cum caussam connexã cum antedictis habẽs, tum velut parergon huius operis. Recipere autem hoc loco dicitur aliquid faciẽdum in se suscipere & polliceri: veluti dirimere lites, pœnis compromissi interpositis.[6] *Tit.de receptis*: Qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant, Vel merces saluas fore ex artis suæ professione.[7] *Tit. Nautæ, caupones, stabularij vt recepta restituant.*

6 *l.1.& l.idẽ Pomp.§.recepisse hoc tit.*

7 *l.1.hoc tit.*

Ex ordine igitur & consequentia edictorum obseruabimus gradum καὶ τὴν κλίμακα restitutionum vt admoneamur semper esse præferendum quod suæ origini proximum est.

Hactenus prima legum pars explicata est, quæ Græco vocabulo πρῶτον nuncupatur, id est, primarium ac veluti totius iuris ac iustitiæ Isagogicum.

Digest. seu Pandect. liber quintus.

Pandect. pars secunda de Iud.

N V N C autem recta ad summam controuersiarum quæstionem progredientes, ea, quæ vocauimus posteriora, siue directa, ad duo capita in vniuersum reducimus. Vnum rerũ ciuilium, alterũ delictorũ: [8] Totius etenim iuris & fori duæ sunt caussæ, nempe vt vel ciuilia negocia dirimãtur, vel crimina puniantur. [9] Et quidẽ rerum ciuilium tractationem proximè à iudicijs exordimur. [10] nam post constitutum iudicium prælusoriamque sententiam diremptam, illud proximum est, vt si secundum petitorem iudicatum sit, tum ad illam quam Græci vocant ἐυθυδικίαν quasi directum iustumque rei, qua de agitur, iudicium transeundum sit, in qua reo non præscriptionibus & exceptionib. litis moratorijs, intentionem petitoris depellere licet, sed recta ac plena depulsione caussę cardinem infringere necesse est. Iudiciũ autem nihil aliud est quàm actionis institutio. Tunc verò putandum est actionem institui, cùm apud iudices inter aliquos actione de quacunque re quæritur. [1] Iudicium porrò ciuile multiplex est, sed nũc pro diuersa qualitate rei qua de agitur, id est, quæ iudicanda

8. à titu. de priuatis delict. vsq. ad tit. De Appellat.

9. l. 2. in fin. li. 10. vsq. ad tit. de sponsal.

§. fin. de pæn. tem.

1. §. 2. de act.

da venit, iudicia decernimus. Enimuerò iudiciorum altera pars in ijs actionibus verſatur ac conſiſtit quæ de re pura, id eſt, nec credita competũt,[2] qua quidem de re quoniam vniuerſitatem iudiciorum cum in rem, tum in perſonam promiſcuè ad hoc collectis actionibus D. Cæſar conſtituere intendat, generis ſui, id eſt, iudiciorum magis placuit vocabulum.

2. vſq. ad part. 3. ff.

Altera pars eſt qua eæ tantum actiones continentur, quę de re credita ſiue obligata dantur, pro quarum commoda explicatione, non tam iudiciorum, quàm credendi contrahẽdiúe iuſtam methodum compoſuit:[3] quo factum eſt vt hæc de rebus creditis ſit appellata.

3. ff. part. tert.

Cæterũ tripartita illa legum ſingulariũ diſpoſitio quæ pignora, redhibitiones, euictiones, vſuras, & probationes cõtinet[4], magis additamentũ, quàm pars eſt iudiciorũ. Age videamus de quibus rebus puris, & qualiter iudicia competant. Et ſciendum eſt iudicia, aut de humanis rebus, aut de diuinis (puta de religioſis)[5] competere.

4. à tit. de pig. vſq. ad d. tit. de ſponſalib.

5. tit. de relig. vſq. ad fi. par. 2

Iudicia autem de rebus humani iuris (quæ mancipi dicuntur ſermone priſco) duûm ſunt generum. Sunt enim quę prin-

6. ad cõe x lib. deinceps.

6. Tit. ad exhibit. deinceps. cipalia ſunt, quæ ea ſequũtur & accedũt.[6] Et principalia quidem, id eſt, quę præcipuè agi de rebus humanis ſolent, alias intenduntur à non poſſidentibus & petentibus, alias verò à poſſidentibus, de quibus poſt

7. tit. ſi quadr. vſq. ad d. tit. ad exhib. dicemus,[7] celeberrimũ certè iudicium illud eſt, per quod rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur petimus, & ſemper aduerſus eum eſt qui rem poſſidet.[8]

8. l. actionẽ de act. & oblig. Sed vt rem à capite, quod dicitur, auſpicemur, è re videtur, de ipſis in genere iudicijs, & actionum pro cuiuſque rei natura, inſtituendarum ratione pręmittamus. *Tit. De iudicijs & vbi quis agere vel conueniri deb.*

In rem igitur actionũ, vnum genus ad hæreditatis petitionem pertinet, aliud ad ſingularem rerum vindicationem.[9]

9. Tit. de rei vindicat. vſq. ad d. ti. ſi quad. Hęreditatis autẽ petitio dupliciter exercetur, altero modo per ſe & ex directo, altero implicitè, id eſt, ex nomine de inofficioſo, nam quia hoc propoſito querelá quis inſtituit, vt ius ſuũ hæreditatis ſibi ſeruet, pręparaſſe atque adeo petijſſe hæreditatẽ,

10. l. ſi quis fil. Ç. de inoff. & arg. l. cũ quidã de bon. poſſeſſ. 1. l. Papian. §. ſi filius hoc tit. inofficioſe ademptam, non immerito videbitur.[10] Atque eo modo, ſaltem per obliquum, perinde agit ac ſi non poſſideret & peteret.[1] *Tit. De inoff. teſt.* Antiſt. tit. idem.

Pęr

Per ſe verò & ſimpliciter: Idque aut iure ciuili, aut prætorio, quæ partitio hinc cõſtituitur, quod alij iure legitimo & ciuili, alij iure honorario ſuccedant. [2] Circa primam ſpeciem tractatur, quòd quidam ex aſſe hæredes ſint, proinde illi totam hæreditatem vindicant, licet tu vnam rem poſſideas. [3] *Tit. De petition. hæred.* Antiſt. §. actionum in fin. de actionib. hi verò poſtremi partem, licet tu totam hæreditatem poſſideas. [4] *Si pars hæreditat. petat.*

2. §. *quos autē de bonor. poſſ.*
3. *l.* 1. §. 1. *ſi pars hæredit.*
4. *d.* §. 1.

Iam autem ordinarium eſt, inquit Vlp. poſt ciuiles actiones hæredibus propoſitas, rationem habere prætorem, qui etiam eorum quos ipſe velit, hæredes facit, hoc eſt, eorum quibus aut bonorum poſſeſſio data eſt. *Tit. De poſſeſſ. hæred. petition.* Antiſt. §. cum igitur de bonorum poſſeſſ. Aut per Senatuſc. ex fideicommiſſo à fiduciario hęrede, hęreditas reſtituta eſt. [5] *Tit. de fideicommiſſar. hæredit. petit.* Antiſt. §. reſtituta & §. ſed quia de fideicommiſſ. hæreditatib.

4. *l.* 1. *inf. ti.* 1.
5. *l.* 1. *hoc tit.*

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber Sextus.

POST actiones (inquit Vlp. [6]) quas de vniuerſitate propoſuit prætor, ſubijcitur actio ſingularium rerum petitionis, quæ

6. *in l.* 1. *inf. tit.* 1.

ſpecialis in rem actio locum habet in omnibus rebus, tam corporalibus quá ijs quæ corpore carent, nempe ſeruitutibus.[7]

7.lib.1.ff.

Et res quidem corporales nunc directo, veroque proprietatis iure vindicátur [8] *Tit. De rei vindic.* Antiſt. §.aut cum eo de actionib. & §. ſecun. de off. iudic. nunc commétitio, ad inſtar nimirum proprietatis ac dominij,[9] quę res à cóſtitutione iuris cum ciuilis tum prætorij profecta eſt.

8.§.namq.ſi qui.

9.l.eum qui §.1.inſ.tit.1.

Prætori auté, vt cum ei qui bonæ fidei poſſeſſor fuerat,ob iuſtioré titulum & cœptam vſucapionem, quaſi dominium tribuitur.[10] *Tit. De publician. in rem action.* Ant. namique ſi cui de actionib. Ciuilis verò,vt cùm vtile dominium perpetuarijs conductoribus, id eſt, emphiteutis ſiue publicanis,qui prędium vectigale fruendum conduxerunt, permittitur[1]. *Tit. Si ager vectigalis vel emphiteuticus petatur.* Antiſt.§.adeo autem de location. Hæc de corporalium rerum vindicatione.

10.l.1.& vlt. hoc tit.

1.l.1.§.1.de public.& l.1.§. non vectigales hoc.tit.

Digeſtorum ſeu Pandectarum.

Liber Septimus.

RES INCORPORALES ſiue ſeruitutes,aut perſonarum ſunt,aut rerum ſeu prędiorum. [2]Perſonarum autem ſunt, quę ſolis

2.l.1.de ſeru.

solis personis debentur, nec sine his consi-
stere natæ.[3] *3.l.vsusf.de stip.seru.*

Et quidem hoc loco alter de integro in-
staurandus prope tractatus est, ea'q.expen-
denda, primùm quæ ad propriam proposi-
tæ rei naturam, eiusque constitutioné per-
tinent, ac deinde quæ ad amissionem, &
tertio cóseruationem ac iudicia.[4] Verùm *4.à tit.si vsusf. pet.vsq.ad fin.*
hic tractatus à proposito digredi in parte *huius lib.*
videtur, nam loquimur de ijs in rem iudi-
cijs quibus res incorporeę petuntur. Atta-
men quia seruitutib. peculiaris quędá tra-
ditio[5] dominium[6] & possessio[7] (ex quibus *5.l.penult.de seruit.*
deinde in rem producatur actio) à iure sint *9.l.recte.de verb.signif*
tributa, non immerito altiùs fuerat de ijs *7.l.3.de acq.*
repetendum. *poss.*

Vsusfructus itaque est ius alienis rebus
vtendi fruẽdi, salua rerum substátia,[8] quo- *8.l.1.hoc tit.*
niam igitur vsusfructus ex fruendo consi-
stit, id est, facto aliquo eius qui fruitur & v-
titur,[9] ideo titulum præmisit de *vsufruct.et* *9.l.1.quand. dies vsuf.*
quemadmodum quis vtatur fruatur. Antist. §.1.
& 2.eod. & §.is verò cum sequenti de rer.
diuis.eadem tamen & de cæteris persona-
rum seruitutibus dicta esse intellecturi.[10] *10.l.3. in fin. hoc tit.*

Succedit altera tractatio iá dictis haud
dubiè connexa, sed quæ ad acquisitionem

vsusfructus duntaxat testaméto relicti pertineat, nimirum de accrescenda portione collegatarij deficiétis, cuius concursu vsusfructus diuisus erat, [1] *Tit. de vsufruct. accresc.* Antist. §. fin. de vsufruct. & §. si eadem res de legat.

1. l. 1. & 4. hoc tit.

Et insuper de tempore acquirendi legati. cedere enim diem est incipere deberi pecuniam, vel legatum. [2] *Tit. Quando dies vsusfruct. legati cedat.*

2. l. cedere de verb. signifi.

Nunc progredimur ad secundum articulum, cum quibus modis acquirimus, ijsdem in contrarium actis, amittamus. [3] Et quidem quod ad modos vsusfructus, vel vsus finiendi attinet, hoc scire debes, multum interesse quæras de proprio & vero vsufructu vel vsu, quo respicit *Tit. Quib. modis vsusfruct. vel vsus amittatur.* Antist. § finitur. de vsuf. & §. prim. de vs. & habit.

3. l. fina. 2. de reg. iur.

An de quasi vsufruct. seu vsu, aut potius abusu. [4] *De vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur,* quæ res perparum dissidet (ni fallor) ab vsurarum explicatione. [5]

4. l. quinta hoc tit.

5. l. vsuræ de vsur.

Verum ad id quod instat, reuertamur: nempe ad iudicia in rem, quę ad instar tam possessionis quàm proprietatis, pro personarum seruitutibus competunt, quibus socia-

ſociabile eſt iudicium cautionale, vtputa quod extremum ſubſidium eorum continet.[6] *6.l.1.tit.vlt.*

In rem autem actio eſt ſi quis petat, vel alteri neget in re ſua ſeruitutem:[7] Vnde duplex iudicium reale, proditum eſt, vnum confeſſorium, negatorium alterum: Sed hanc iuris partem, quoniam inſtituti erat, latius explicādum Iuſt. cenſuit: veluti in vſufruct.[8] *Tit. Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.* Antiſt. §. æque ſi agat de actionib. *7.l.1.inf.tit. primo.* *8.l.4.ſup.tit. prox.& l.per ſeruū inf.tit.1.*

In operis ſeu miniſterijs ſeruorum *Tit. de operis ſeruorum.*, ſed hæ ſeruitutes in rerū emolumentis ferè conſiſtunt. Nunc igitur videndum inquit Caius de vſu & habitatione. *Tit. de vſu & habitatione.* Antiſt. tit. idem.

Nunc reliquum eſt, vt quemadmodum vſufructuarius caueat, quot cauſſas habeat hæc ſtipul. & de actione cautionis vſufructuaria diſpiciamus,[9] *Tit. vſusfruct. quemadmodum caueat.* *9.l.1.hoc tit.*

Digeſtorum ſiue Pandectarum
Liber octauus.

NVNC DE cętetis ſeruitutibus ius cōpoſiturus Imp. primū quæ ſit prædialium

ſerui-

ſeruitutum conditio, & quomodo à cæteris prædiorum iuribus diſtinguantur, [10] exponit. [1] *De ſeruitut.* Antiſt.tit.idem.

10.l.quid aliud de verb. ſign.

Alterum quod ſequitur eſt partium diſtrib. Nam quæ rerũ ſunt ſeruitutes, Aliæ vſus, vitæque vrbanę ſunt. [1] *De ſeruitutib. vrban. præd.* Antiſt.§.2.d.tit. Alię vitę ruſticę. prædio etenim cohærent rebus ruſticis & agriculturæ apto. *Tit. De ſeruit. ruſtic. prædiorum* Antiſt.d.§. 2.& 3.dict.tit. Et quia inter hæc prædia etiam communia quædam & indifferentia reperiuntur, in vniuerſum dę prædijs diſſerit, *Tit. Communia prædiorum tam vrbano. quàm ruſt.* Antiſt.§.ideo autem d.tit.

1.l. vrbana. de verbor. ſign.

De ſeruitutibus autem in rem actiones competunt nobis, ad exemplum earum quæ ad vſumfructum pertinent tam confeſſoria quàm negatoria. [2] *Tit. ſi ſeruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.* Antiſt. §.æque ſi agat de actionib.

2.l.2.hoc titu.

Ad extremum naturæ ordo poſſit, vt finem & extinctionem ſeruitutum exponamus, hoc eſt, quemadmodum rurſus optimo iure fiant prædia. [3] *Tit. Quemadmodum ſeruit. amittantur.*

3.l.non tantũ. de verb. ſignif.

De Iudicijs & rebus nec creditis, ab ijs qui

qui non possident, ac petunt, exercentur, satis dictum est.[4] 4. à tit. 2. lib. 5. ff.

Digestorum seu Pandectarum liber nonus.

A POSSIDENTIBVS autem iudicia aguntur, ex altera duarũ caussarũ, vel quod diminuta sit vtilitas, seu æstimatio rei nostræ ex facto alterius damnum dátis, damnũ enim & damnatio, ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij nostri dicta sunt,[5] vel ex ratione possidendi res nostras, & habendi modo.[6] damni autem illati actionis, varij gradus, pro varia delinquentium conditione constituuntur, Interdum enim damnum sine iniuria faciẽtis datur, vt si quadruples vel aliud animal feritate commotum, nocuerit.[7] *Tit. Si quadrup. pauperiẽ fecisse dicatur.* Antist. tit. idem. plerumque verò iniuria, culpa nimirum hominis aut liberi aut serui. Liberi, qui directo & suo nomine tenetur ex maleficio suo, eoq. vel aperto lege Aquilia ad cuius intetpretationem commentaria ediderunt consulti, vnde tit. *Ad legem Aquil.* Antist. tit. idem: vel quasi ex maleficio. culpa enim quæ in non faciendo est, & negligendo, efficit vt quis, quasi deliquisse dicatur

5. l. 3. de dãno infect.

6. li. 10. ff. vsq. ad tit. ad exh.

7. l. 1. hoc tit.

8 l. penult. hoc tit. catur[*] *Tit. De ijs qui deiecerint ⁎ vel effuderint.*
*al. eiecerint. Antist. §. item is cui, de oblig. quæ quasi ex mal. Serui verò, qui si diliquerit, id est, noxiam admiserit, dominus obliquè, ex ma-
9 l. 1. hoc tit. l. cum seruis. de. reg. Iur. leficio eius vel quasi tenebitur.[9] *Tit. de noxalib. action.* Antist. tit. idẽ & §. 1. de off. iud.

Sed cum de damno per furtum aut rapinam commisso non æque iam proponatur quæro? Resp. Ex ijs quę suprà dicta sunt
10 l. 3. §. Ner. ua & l. si rẽ mobil. de acq. poss. intelligi differentiam. neque enim rei nostræ possessio, tunc penes nos est relicta,[10] nimirum vt tanquam possidentes agamus.

Atque hæ quidem actiones ad damna quæ rem suam possidentibus, contigerunt
2. l. prætor ait §. hoc edict. de dam. infect. sarcienda, pertinent.[2]

Digestorum seu Pandectarum
Liber decimus.

A RATIONE verò possidendi, Iudicia nascuntur ex his caussis, quòd, aut prædium rusticum confine iuxta alium, aut, quod rem quamlibet communiter cum alio quis habeat possideatúe. Itaque propter immensas contentiones quas vel con
3 l. in re cõmu. de seruit. vrb. et l. eum pater §. dulciss. de l. 2. finium & agrorũ propinquitas vel materia communionis excitare solet[3] plerumque res vel ad distinctionem, vel ad diuisionem peruenit.

De

De rebus diſtinguendis, finiũ regundorem iudicio agitur, id eſt, limitis actione.[4] *Tit. De iudicio * finiũ regund.* Antiſt.§ quędã actiones verſic. item ſi de actionib. & §. fin. de off. iudic.

4. *l. 4. §. fi. hoc tit. & cap. inter memoratas 12. queſt. 3.*
* *aliter deeſt, iudicio.*

Quæ autem ad diuiſionem pertinent iudicia, ea aut ſunt hęreditatis,[5] *Tit. familiæ erciſcund.* Antiſt, §. item ſi inter, & §. ſi familiæ de off. iud.

5. *l. 1. hoc tit.*

Aut corporalium rerum[6] *Tit. communi diuidundo.* Antiſt. d. §. item ſi d. §. quædam & §. eadem de off. iud.

6. *l. 4. hoc tit.*

Poſt enumerata vndique primaria iudicia, quæ vt diximus,[7] de rebus humanis, nec creditis exercẽtur, Ordinarium eſt de acceſſoris ceu parergis proponere, quę quidem & in adminiculantia,[8] & in affinia iudicia diducuntur. Prioris generis ſunt, Exhibitio, & in iure interrogatio.

7. *ſup. tit. 1. li. 5. ff.*

8. *Alciat. ad rubric. C. d. edẽd.*

Ad exhibendum actio, perquam neceſſaria eſt, nimirum vt ei qui agit, maximè in vindicationibus experiundi ſit copia,[8] *Tit. Ad exhibend.* Antiſt. §. ſi ad exhibend. de off. iudic.

8. *l. 1. & 2. hoc tit.*

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber vndecimus.

EDICTVM de interrogationibus ideo

prætor

prætor propoſuit quia ſciebat plerumque difficile eſſe, eis qui aliquem conuenirent, probare ſuis petitionibus pręcisè obnoxiū: vt in hæreditatibns & alijs rebus, quę in
9.l.1.& 2.hoc tit.& §.ſi quis agens de act. cauſſis vertuntur,[9] *Tit. De interrogation. in iur. faciendis & de interrogator. action. ſublatis:* quę verò conſentanea, & affinia iura continent, nonnulla ad magiſtratuū iuriſdictionem, foriq́ue competentis tribunal pertinent: ſiquidem de quibuſdam rebus, non
10.l.1. hoc tit. & l.cogn.de li. cau. caput actionis, ſed tranſlatio fori agitur, id eſt,[10] vt omnes controuerſię, eodem reuocentur. *Tit. de quib. reb. ad eund. iudicem eat.*

Nonnulla autem damno iniurię accommodantur; hoc nanque quod deterior eſt
1.lib.9.ff. factus ſeruus, non ſolùm ad corpus (vt ſuprà dictum eſt) ſed etiam ad animi vitia re-
2.L.ædiles de ædil.edict. ferendum eſt,[2] propoſito in corruptorem, quanti ea res erat, in duplum iudicio,[3] *Tit.*
3.l.1.hoc tit. *De ſeruo corrupto.* Antiſt. §. ſed & ſi de oblig. quę ex delict. §. in duplum, & §. furti de actionibus. Cęterum ad omnes corruptelas
4.l.ſi quis ſup. tit. prox. (inquit Vlp.)[4] hęc actio pertinet. Verùm Juſtinian. duas ſeparatim dicendas putauit, quibus perniciosiſſimè animus ſerui corrumpitur, vtputa ſi fugitiuus vel aleatur factus ſit. fugitiuus is eſt, qui mentis vitium

vitium in ipsum factum fugæ deduxit, [5] *Tit. de seruis fugit*. Antist.d.§. in duplum. Huic ergo conuenit cum suprà dictis methodi ratio.nam &si fugitiuus sui furtũ faciat [6]nihilominus à nobis possidetur.[7]

De aleæ lusu scribit Isiodor.[8]ab hac arte fraus,mendacium & periurium nunquam abest, postremò & odium & damna rerũ, vnde semper & vbique legib. interdicitur. *Tit.de aleæ lusu &,aleatorib.*[*] Nonnulla tandem iudicium finium regundorum respiciunt,veluti de agrimensorib.[9] *Tit.Si mensor falsum modum dixerit.*

De iudicijs rerũ,quę in patrimonio nostro sunt, huc usque dictum est. [10] diuini iuris autem cæterę res,in mancipatum nullo modo veniunt. [11] Atqui religiosum hoc loco accipimus quod corpori humano funerandi caussa dicatum & religatum est, [1] vnde ipsa religio nomen accipit.[2]

Iudicia porrò quæ religionis nomine competunt, quædam ad funerandi solennitatem & parentationes,hoc est,iusta quę mortuis impenduntur, pertinent, [3]veluti sub *Tit.De religiosis & sumptib.funerum & vt funus ducere liceat.* Antist.§.religiosum de rerum diuis. Quædam verò ad locum quo

5.l.fugit.de verb.signif.
6.l.1.c.hoc tit.
7.l.Pomp.de acq.possess.
8.18.etymolog.
*al.nõ est aleatoribus.
9.l.si irruptione de Iud.fin.regund.& l.1.hoc tit.
10.à tit.2.lib 5.ff.
11.§.nullius de rer.diuin.
1.l.2.§.sepulc.inf.tit.1.
2.Lact.lib.4.
3.l.si quis & l.ossa.hoc tit.

quaúe mortui inferuntur & conduntur. Religionis quippe intereſt cadauera inhumari, monumenta extrui & exornari. [4] Tit. de mort. inferend. & ſepulc. ædificando. Antiſt. §. prohibitoria de interdictis.

4. l. 1. hoc tit.

Sed de altera parte iudiciorum, id eſt, rei puræ, & eius ſummis capitibus iam diximus. [5]

5. à d. tit. 2. li.

Digeſtorum ſeu Pandectarum liber duodecimus:

5. Pandectarum pars tertia, de rebus creditis.

RESTAT, at alter iudiciorũ tractatus, ſub quo, inquit Vlp. [6] quoniá multa ad contractus varios pertinentia iura Prætor inſeruit, ideo rerum creditarum titulum præmiſit, omnes enim cõtractus, quos alienã fidem ſequuti, mox recepturi quod inſtituimus, complectitur. Rei quoque verbum vt generale, Prætor elegit. Hæc ille.

6. l. de rebus creditis.

Sed vt de conſtituenda huius tractatus ratione ac methodo agamus, ſciẽdum eſt, quòd omnia iudicia ſiue actiones rerum creditarum, aut exoriuntur à rebus ipſis, aut à perſonis, aut tandẽ proprio quodam iure ex varijs cauſſis, [7] id eſt, quæ ita inſtituuntur, quaſi negotio quodam inter nos geſto proprij contractus. [8]

7. tit. de æſtim. action. dein.

8. l. rogaſt. de præſcript. verb.

Atqui ordinarium eſt partem de rebus credi-

creditis, ab ipsis rebus auspicari. [9] Re autem contractus existunt, cùm res intercedens parit ex se obligationem, [10] quæ alium nobis obstringat, vel ad dandum aliquid, vel ad faciendum seu tradendum.

9. vsq. ad tit. de exer. actiõ.

10. l. obligam. de act. et oblig.

Enimuero ex nonnullis cõtractibus qui re fiunt rei dominium transit: ex nõnullis tantum vsus eius cõceditur vel detentio.

Exordiendum igitur est ab ijs in personas actionibus, quæ pro transferendo, ce[1] dendoque dominio ac proprietate competunt, cùm ciuilibus (quæ condictiones appellantur) [2] tum prætorijs. [3]

1. tit. comm. et tit. sequent.

2. §. appell. de action.

3. ti. de eo quod interest. et seq.

Condictionum porrò, aliæ sunt speciales, id est, ex certis & designatis caussis: aliæ generales, [4] Inter illas autem primum locũ ducit certi condictio, siue si certum petatur actio, quæ propter mutuam pecuniam potissimum comparata est. [5] *Tit. De rebus creditis si certum petatur, & de certi condictione.* * Antist. §. primus, quib. mod. re. con trah. obl.

4. tit. de cond. ex l. & seq. tit.

5. l. 1. hoc tit. & l. credit. de verb. signif.

* al. si certũ petatur cõdict.

Cùm igitur mentionem habuerimus credendi & certę pecunię actionis, è re est, vt tam πίστεως fideique faciẽdę gratia (nam credere est fidem sequi, [6] quam tollendæ incertitudinis, id est, reiectis reliquis inarti

6. l. 1. de reb. cred.

7. Ad lib. 22. ff. ficialium probationum generibus) [7] obiter explicetur. Siquidem iurisiurandi conditio ex numero etiam potest videri, trásigendi, nec non nouádi, delegandiúe, quia proficiscitur ex conuentione, quamuis habeat & instar iudicij. [8]

8. l. 2. & l. qui iurass. inf. ti. 1.

Iurisiurádi itaque ratio duplex est. Vnú est, quod litem finit, & quo, quanti in veritate res est, asseritur. [9] *Tit. De Iureiurando siue voluntario* ⁎ *siue necessario siue iudiciali.* Antist. §. item si quis de action. & §. fin. de fideicomm. hæreditatib. Alterum est, quod in litem dicitur, id est, in litis totius ęstimationem, cum amplificationibus arbitrio domini rei faciẽdam, est enim pœnale. [10] *Tit. De in litem iurand.* Hactenus digressi.

9. l. 1. hoc tit. & l. si tutor. inf. tit. 1.

⁎ alibi sequẽtia omnia desunt.

10. l. 1. & l. si tutor hoc tit.

Conditionum pręterea quæ propter repetionem rei certę vel incertæ, agenti competunt, caussæ dicuntur ab his locis.

A caussa finali, qua deficiente constat deficere & effectum. [1] *Tit. De condictione caussa dati, caussa non secuta.*

1. Arist. lib. 1. Phisic. & l. 1. hoc tit.

A turpitudine & conditione accipientis. [2] *Tit. De condictione ob turpem vel iniustam caussam.*

2. l. 1. hoc tit.

Ab errore iustæ caussæ. [3] *Tit. de condict. caussa indebiti.* Antist. §. is quoque quib. iud. re. &

3. l. 1. & l. eleganter hoc tit.

re.& §. item is qui de oblig. quæ quaſi ex cont.naſc.

A nõ cauſſa,vt cauſſa,hoc eſt,quod vulgo dicitur) à nullitate cauſſę,propter quam datum eſt,[4] *Tit,De condictione ſiue cauſſa.* 4.l.fi.hoc ti.t.

Digeſtorum ſiue Pandectarum
Liber decimuſtertius.

AVT TANDEM ab odio furum, ad ſimilitudinem præcedentium, cauſſa condicendi extra ordinem petitur.[5] *Tit.de condictione furtiua.* Antiſt §.fin.de oblig.ex delict. & §.planè odio de actionibus. 5.§.plane odio. de action.

Nunc verò condictiones generales & innominatæ,id eſt,quoquo verſus commodæ, Vel ex lege noua ſunt.*Tit.De condictione ex lege.*Antiſt.§.tripl.in fin.de actionib[6]. 6.l.1.hoc tit. 7.à tit. 1.partis 3.

Vel triticiariæ.[7] *Tit. De condict.triticiaria. de Ciuil.* iudicijs hucuſque.

Prętoriæ autem actiones (quod eſt alterum genus) vel propter appoſitionem certi loci, in quem dari oportet, comparatæ ſunt.[8] *Tit.de eo quod certo loco dari oportet.* Antiſt.§. prætereà.verſic. item. & §. loco plus de action. Vel ptopter adiectioné recepti, ſiue,vt nunc vtimur, cõſtituti, hoc eſt,iteratę pollicitationis,vt intelligas nullá prioris obligationis nouationé, ſed tátum con 8.l.1.hoc tit.

firmationis cuiusdam accessionem, constitutum, continere. *Tit. de constit. pecun.* Antist. §. in personam de action. Demonstratis iam act. quę ad ius dominij in rebus credendis pertinent:[9] Superest vt de cęteris quę ex re tradita, vt diximus, nascũtur, nonnihil disseramus. Sunt autem hi contractus numero duo. Commodatum, & pignori datum. Vnde & actio commodati directa, quæ commodanti contraria, quæ cõmodatario competit. *Tit. commodati vel cont.* Antist. §. item, is cui, quib. mod. re. Et actio pignoratitia directa, quæ datur debitori persoluto debito, ad repetẽdum pignus:[10] contraria quę creditori.[10] *Tit. de pignoraticia actione vel contra.* Antist. §. vlt. d. tit. Cæterum de deposito inferius idoneo loco dicetur.[1]

9. à d. tit. 1. part. 3.

10. l. debit. §. fin. hoc tit.

1. Lib. ff. 16.

Digestorum seu Pandectarum
Liber decimusquartus.

SVPERIVS dictum est, de actionibus vel iudicijs, quæ à rebus exoriuntur, vtputa quarum interuentu contrahitur obligatio,[2] Personarũ autem ius qualiter hoc loco accipiatur, videamus. Et quidem dupliciter acceptum est. Altero modo secundum statum, & conditionem contrahentium:

2. l. obligamur de act. et oblig.

tium: Altero ſecundum nudam eorum vo
luntatem & conſenſum: [3] Status porro re- 3.à tit. de con-
fertur, vel ad ſubiectionem perſonarum al trahend. empt.
terius imperio, quod aut iure præpoſitionis vſq. ad tit. de eſtimat.
alicui negocio factæ, aut iure poteſtatis cō-
petit: vel ad ſexum: vbi enim de obligan-
do quæritur, refert plerumque maſculus
ſit an fœmina qui contraxit. [4] Omnis au- 4. tit. ad Vell.
tem præpoſitio in duo genera deducitur:
Aut enim ex cauſſa expreſſa fit aut tacita: [5]
Expreſſa aut rei nauticæ aut terreſtris. de 5 tit. de trib.
nautica negociatione actiones conſtitutæ
ſunt duæ: Vna de ipſo nauis exercitio, quæ
actio ex perſona magiſtri nauis in exerci- 6.l.1. hoc tit.
torē datur, [6] *Tit. De exercitor. actione*. Ant. §. 2,
verſ. exercitoria Quod cum eo qui. Altera
eſt de iactu mercium è naui, ſcilicet vt om
nium contributione ſarciatur, quod pro 7.l.1. hoc tit.
omnibus damnum datum eſt. [7] *Tit. Ad le-
gem Rhodiam de iactu*. Tacitæ verò præpoſi-
tioni, id eſt, quæ ſcientiam tantummodo
habet & patientiam, [8] accommodatur edi- 8.l.1.§. ſcient.
ctum ex quo is qui revera dominus eſt mer hoc tit. et l. qui peculij de pecu.
cis peculiariter, velut extraneus creditor in
tributum vocatur. [9] *Tit. De tributoria actione*. 9.l.1. hoc tit.
Antiſt. §. introduxit. d. tit.

Hactenus de negociatione eorum qui

ratione certæ administrationis sibi commissæ ac permissæ sub aliquo sunt.[10] Ordinarium arbitratus est Imp. iam eos contractus exponere eorum, qui in aliena potestate sunt.[10] omnino enim Proconsul agit, vt qui cum his contraxit, etiamsi deficiant superiores actiones, id est, exercitoria, institutoria, tributoriáue, nihilominus tamen in quantum ex æquo & bono res patitur suum consequatur.[11] Potestatis igitur verbum communiter est accipiendum tam in filio, quã in seruo: Verũenimuerò cum seruus non solùm domino suo obligari nõ possit, sed ne vlli quidem alij, filiusfamilias vero rectè obligetur:[1] illud per cõsequens proprie in persona filijfamilias obseruabitur, eius rei nomine quæ contracta cum eo erit, cum is in potestate esset: vt, ad petitionem quod attinet, interdum cum temperamento actio detur, id est, detrahendo[2] solidi petitionem, dato iudicio in id quod facere potest.[3] *Tit. Quod cum eo qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicet.* Antist. tit. id.

10. vsq. ad tit. ad Sc. Maced.
11. l. 1. inf. tit. prim.
1. l. §. vlt. de pecul.
2. §. itẽ inutilis de inutil. stip. & l. tam ex cõtractu. de iud.
3. l. 2. hoc tit.

Interdum verò actio prorsus denegetur, nimirum vt scirẽt, qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filijfamilias bonum

bonum nomen expectata patris morte fieri.[4] *Tit. de Senatusc. Macedon.* Antist. §. penul. d. tit. quod cum eo.

Digestorum seu Pandectarum
Liber decimusquintus.

De contractibus porrò seruorũ, filiorumúe familias triplex edictũ est. Aut enim de peculio, aduersus patrem dominumúe hinc oritur actio.[5] *Tit. de peculio.* Antist. §. actiones autem. §. sunt præterea. de act. & §. præterea d. tit. quod cum eo. Hinc quæsitum est quanto tempore lapso post extinctum peculium de peculio actiones intendi[6] possint. *Tit. Quando de peculio actio annualis est.* Aut de credito, quod in vtilitatem patris vel domini conuersum est.[7] *Tit. de in rem verso.* Antist. d. §. præterea. & §. cęterum. d. tit. quod rem.

5. l. 1. hoc tit.

6. l. 1. hoc tit.

7. l. 1. hoc tit.

Aut tandem de eo, quod ijs iubentibus gestum est.[8] *Tit. quod iussu.* Antist. §. si igitur. d. tit.

8. l. 1. hoc tit.

Iam dictum est de actionibus quæ intercedente negociatione personæ alicuius quæ iure potestatis nos obstringat inducuntur & adijciuntur[9] Nunc progredimur ad sexum.

9. l. 5. §. fin. de exerc. action.

Digestorum seu Pandectarum liber decimussextus.

De obligationibvs itaque fœminarũ quę pro alijs reæ fiunt quid de eare fieri placeret Velleiano s.c.plenissimè cõprehensum est. [10] *Tit. Ad S.C.Velleian.*

10. l. 1. & 2. hoc tit.

1. l. 1. et 2. hoc tit.

His expositis dicemus etiã nonnihil ad hæc pertinẽs de compensationibus & deposito. Siquidem & deductionem quandam eius quod debetur & legitimam defensionẽ ad exemplum s.c. Macedoniani & Velleiani [1] compensatio contineat. *Tit. de compensationibus.* Ant.ist.§. in bonæ fidei, & §. penult. de action. depositum autem ad credita quæ re fiunt tantùm, reducitur: Nam cùm deponens extra omnem negociationem, fide & officio amici duntaxat vtatur, [3] non propriè inter res creditas, depositum recenseri potuit. [4] Et Vlp. manifestè aliud esse credere ait, aliud deponere. *ἐν παρέργῳ titulus est depositi vel contra.* Ant. §. prætereà quib. mod. re. §. sequens illa & d.§. in bonę de act.

2. quod ex æconom. Cod. lib. 4. constat.

3. l. Luc. hoc ti.

4. l. si venter de priuilegio credit.

Digestorum seu Pandectarum Liber decimusseptimus.

Nvnc porrò sequitur, vt ex instituto nostro explicetur quemadmodum consen tientes

tientes in aliquam rem, consensu necessario obligari, ex voluntate nostra dicamur.[5] Qui autem hoc modo constituuntur contractus, in duas species discedũt. Nonnulli enim originem suam ex officio & amicitia trahunt: veluti mandatũ & societas: Ideoque grauissimũ esset in his fidem fallere.[6]

5. l. obligamur de act. et oblig. & tit. de oblig. ex cõsens. Inst. lib. 3.

6. l. furt. §. fin. de ijs qui not. & Cic. pro Rosc.

Mandatum est, cùm operæ nostrę vicaria fides amicorũ supponitur,[7] vnde mandati actio directa & contraria. *Tit. mandati, vel contra.* Antist. tit. de Mandat. Societate autẽ coita oritur pro socio actio, vtrinque directa ad collationem lucri vel damni.[8] *Tit. Pro Socio.* Antist. tit. de societ. & §. penult. de pœn. temp. litig. Hi igitur contractus fide & confraternitate nituntur.[9]

7. l. 1. hoc tit. & Cic. d. loc.

8. l. nam cum tract. hoc tit.

9. l. 1. mand. et l. verũ pro soc.

Digestorum seu Pandectarum Liber decimusoctauus.

ALII AVTEM contractus (quæ est altera species) à rerum permutationibus cœperunt, dato scilicet vel promisso aliquo, tum pro dominio rei consequendo, veluti precio.[10] Tum pro vsu duntaxat & rei commoditate, veluti mercede.[1] Quamobrem non perinde in hisce ius officij & amicitię lędi, existimandum est, si iusta æqualitas per omnia non seruetur.[2]

10. l. 1. inf tit. 1. et l. in reb. de act. & oblig.

1. §. 2. de locat.

2. l. in causa 2. §. idẽ. Pomp. de minorib. & l. item si precio locar.

Emptio-

Emptionis autem & venditionis totam
rationé accuratius Imp. expoſiturus: Pri-
mum de ijs diſſerit,quę natura fert & con-
dicio contractus: Mox deinde diſtractus:
Hęc enim omnia ad ſubſtanciam perti-
3.vſq.ad tit.de nét.Empt.vel véd.obligationis: [3] Reliqua
peric.& comm. *4.à d.tit.dein.* verò circa effectũ & vſum eius verſantur.[4]
In emptione igitur & venditione, vt ſum-
matim dicam, tria ſunt, Res, pretium, &
conſenſus, ex quib. contractus ſubſtantia
5.L.2.& l.nec conſiſtit.[5] *Tit.De contrahenda emptione & ven*
empt. cum ſeq. *hoc tit.* *ditione,* * *& de pactis inter emptorem & vendi-*
**non eſt,vẽdit.* *torem conuentis* * *& quæ res venire poßint.* An-
** al. compoſitis.* tiſt.tit.idem §.1.2.3. Quæ verò ſpecialiter
ad hunc locum tractantur: Partim in co-
gnitione formę contrahendi: Partim rei
ſeu cauſſę materialis conſiſtunt.formę: vt
cum de pactis quęritur, quę adminicula
6.l.Iuriſgẽt.§. ſunt contractus eique legem tribuunt.[6]
vt puta de pact. Sed referendę ſunt nobis quędam ſpecies,
quæ dignũ habent tractatũ. puta pactum
addictionis rei véditę in diem certum: ad-
7.l.1.hoc tit. dicere eſt,licitanti rem permittere.[7] *Tit.de*
in diem addictione. Et pactum pœnarium ſiue
commiſſorium, ſi videlicet non paruerint
8.l.4.hoc tit. ij,ad quos ea res pertinet.[8] *Tit de lege cõmiſſ.*
Ad materiam autem, ſiue rem ſubie-
ctam

ctam peculiariter est *Titulus de hæreditate vel actione vendita.*

Nunc è diuerso iuxta doctrinę ordinem subijcit dissolutionem, id est, quemadmodum auctoritate Iudicis rescindatur empti vel vend. obligatio, & quando pœnitentię locus sit, vt ab ea impune recedere liceat. Illud nempe perspicuum est, omnium rerum in contrarias partes cognitionem ex ijsdem suppeditari locis.[9] *Tit. de rescindenda vendit. & quando liceat ab emptione discedere.* Ant. §. fi. Quibus mod. toll. oblig. Hæc de priore membro.

9. Cic. lib. 2. de ora.

Vsus tandem & effectus huius obligationis, partim ad res, partim ad actiones pertinet. Rerum alię venditę quidem sunt, sed necdum traditę,[10] vel alienatę, de quibus frequens quęstio est, cuius periculo vel commodo sint.[1] *Tit. de periculo & commodo rei venditæ.* Antist. §. cum autem de empt.

10. l. alienatum de verb. signif.

1. l. necessario hoc tit.

Alię autem etiam & traditę sunt, quò illud superest admoneri emptorem vt re empta, quantumuis iam sua, iuxta tamen legem contractus vtatur.[2] *Tit. de seruis exportandis: vel si mancipium ita venierit ne manumittatur.* ⁎ *vel contra.*

2. l. 5. hoc tit.

⁎ al. addit. vel ne prostituatur

Digesto-

Digestorum seu Pandectarum.
Liber decimusnonus.

AD IVDICIA verò quibus ius nostrũ conseruamus & obtinemus, respicit ex empto actio, vt res tradatur,[3] & ex vendito vt soluatur precium.[4] *Tit. de actionib. empti, & venditi.* Antist. §. precium d. tit. Verum de emptione & venditione iam satis dictum.[5]

3. l. exempto hoc tit.
4. l. Iul. §. ex vend. hoc tit.
5. à tit. de contrah. empt.

Restat vt de eo negocio consensu contrahẽdo videamus, in quo dominio manẽte vsus rei vel opera, certo velut precio, id est, mercede cõceditur,[6] quod proximum est emptioni & venditioni.[7] *Tit. Locati & conducti.* Antist. tit. id. de locat.

6. l. de cõtrah. empt.
7. l. 2. hoc tit.

Hactenus de Contractibus qui proprijs & ordinarijs actionũ nominibus designantur.[8] Visum enim est potius, caussas ipsarũ actionum, iudiciorumúe, id est, contractus in tanta rerum varietate, cum ipsis iudicijs separatim exequi.

8. hac part. 3. ff.

Nonnũquam autem euenit, vt cessantibus iam proditis actionibus, decurramus ad eas quę extraordinarię dicuntur, id est, quę solennes & certas formulas non habebant, sed ex proposito apud Prętorem facto, pro modo negotij componebantur.[9] Quę rursus & ipsę duorum sunt generum: Nam

9. l. actio de neg. gest.

Nam aliæ aliquale quidem nomen obtinent, sed quòd vel tollendæ dubitationis tantú gratia proponitur, velut de æstimato [10] *Tit. De æstim. act.* vel quod in generis sui, id est, permutationis nomine stat. [1] *Tit. de Rerũ permutation.* Ant. §. itẽ precio de empt. & §. actionũ autem in in fin. de actio. Aliæ autẽ econtrario, quoties cõtractus existũt, quorum appellationes nullo iure proditæ sunt, quo casu [2] præscriptis verbis, hoc est, ἀπὸ ὀνομαστικῶς (vt Theoph. ait) [3] agendum est. [3] *Tit. de præscriptis verbis & in factum actioni.* Antist. §. 2. de Locat.

10. l. 1. hoc tit. 1. l. 9. hoc tit. et l. iurisgent. de pact.

2. ad §. fin. de Except.

3. l. 3. et 4. hoc tit.

Digest. seu Pandect. Lib. vigesimus.

Pandectarum pars quarta totius cõpositionis vmbilicus.

VENTVM iam esset ad finem huius operis de Iudicijs, [4] nisi aliarũ aliarumque rerum ad hoc pertinentium, recordatio subiret. Aliæ namque sunt quæ respiciunt ad hypothecariam formulam, quæ æmula est pignoraticię actionis. [5] Aliæ ad securitatem & vtilitatem eius qui emit. [6] Et tertio, sunt quę iudiciorũ exitum. [7] Quo fit vt tripartita hæc legum dispositio à Iustiniano sit appellata. [8] Quantũ ad primam partem attinet, [9] *Ait Imp. Quartus autem locus qui est totius compositionis quasi quidem vmbilicus, octo libros suscepit. In quorum primo omnia quæ ad hypothecam*

4. à tit. de Sen.

5. in proœmio ff. tertij.

6. Lib. 21. ff.

7. Lib. 22. ff.

8. d. §. tertij.

9. in l. 2. §. quartus C. de vet. iur. enucleand. & id. in proœm. ff.

pothecam pertinent reposita sunt: vt non à pignoratitia actione, in libris de rebus positæ multum distarent.

Constituendũ igitur imprimis idipsum quid sit pignus, siue quod idem est,[10] hypotheca, & quemadmodum cõtrahatur. *Tit. De pignoribus & hypothecis, qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.* Antist. §. item Seruiana de action. Quibus præterea addenda & alia duo capita.[11] eorũ prius est de forma & solennitate contrahendi, quæ non solùm propalam & expresse peragitur: verumetiam interdum tacite. Enimuero in quibusdam causis conuentiones (inquit consultus)[12] etiam tacitè valẽt. *Tit. In quib. caussis pignus & hypotheca tacitè contrahatur.* Posterius verò caput est de materia & re subiecta, quæ nimirum velut obses pro debito supponitur & obligatur. *Tit. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari possint.* *

Hæc igitur ad pignorum adeptionem pertinent.[1] Circa vsum autem & effectum pignoris nexus, duas præcipuè caussas assignat Imp. Alteram prælationis, siue præceptionis, vt si plurium creditorum in idem pignus concursus fiat. *Tit. qui potiores in pignore vel hypoth. hab. Et de his qui in priorum credito-*

10. l. 5. §. fin. inst. tit. 1.

11. l. 1. de pig. action.

12. in l. 4. de pact.

* al. non possint.

1. à tit. 1. hoc lib.

creditorum loca succedũt. Antiſt. §. fuerat verſ. preferri de action. Alteram diſtractionis, vt ſi tota pecunia ſuo tempore non ſoluatur.[2] *Tit. De Diſtraction. pignor. vel hypothec.* Antiſt. §. contra autem quib. alien. lic. *2. l. quamdiu C. eod. tit.*

Ad extremum ſubijcit τὴν ἀνάλυσιν, & quemadmodũ ius priſtinum domino reſtituatur. *Tit. quib. mod. pignus vel hypotheca ſoluatur.*

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber vigeſimus primus.

ALTERA pars è tribus (vt diximus) eſt iuris ſubſidiariæ actionis, id eſt, regreſſu emptoris ad venditorem, cùm morbi vicijúe naturalis, tum ciuilis, hoc eſt, euictionis nomine.[1] *Enimuerò hæc omnia (inquit Iuſtin.) titulis empt. & vendit. conſentanea et quaſi pediſſequa ſunt, In vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multum diſtantia, diuagantia, per noſtram autem prouidentiã his congregata, cum oportuerat ea quæ de eodem penè loquuntur in confinio ponere.* *1. in d. §. quartus.*

De priore itaque, hoc eſt de naturæ vitio, edixerunt ædiles, dato emptori redhibitorio iudicio, aut ſi malit æſtimatorio, id eſt, quãto minoris res cum veniret, fuerit.[2] *Tit. de Aedilitio edicto, & quanto minoris act.* *2. l. 1. hoc ti. & l. ſi is qui de except. rei iud.*

Antist. §. prætorum in fin. de Iur. nat. At verò ciuile vitium, Iuris ac dominij defectum vocamus, qui sanè dupliciter deprehenditur: Alterò modo, quoties res ab alio vindicatur, quo casu, tantisper non ad precium restituendum, & id quod interest,[3] sed ad rem defendendam, venditor conueniri poterit.[4] *Tit. de Euictionibus, & dupl. stipulationibus.* Altero, quoties ipsemet qui vẽdidit, rem postea suam factam petit, quo casu etiã excepto iustissimè emptori competit.[5] *Tit. de Exceptione rei vẽditæ & traditæ. Digest. seu Pandect. Lib. vigesimus secund.*

3. l. euicta. 2. hoc tit.

4. l. si plus eod.

5. l. 1. hoc ti. et l. vindicantem de euict.

IVDICIORVM denique fragmenti (quæ est tertia pars) duplex est distinctio: Quædam enim ad officium Iudicis, id est, rei petitę restituendæ modum pertinent,[6] Et vt generaliter dicam, primæ litis accessiones sunt sumptus, secũdę fructus rei petitæ, & quæ fructuũ vicem obtinẽt,[7] & tertię sunt litis æstimatio, quod damna & interesse vocant. *Tit. de Vsuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionib. & mora.* Antist. §. in pecudum, §. si quis de rei diuis. & tit. de off. iudic. Quibus in genere cognitis, cum de vsura quæritur, multum interesse dices, de terrestri an de nautica, quęratur.

6. l. ædiles §. cæterum de ædil. edict.

7. l. si nauis de rei vind. l. vsuræ vicẽ de vsur.

Ratio

Ratio diuersitatis est, qua receptum periculum maris, quòd vulgo dicitur assecuratio, liberum merito est ab obseruatione communium vsurarum,[8] id est, dimidię centesimæ.[9] *Tit. de Nautico fœnore.*

8. l. 1. & 2. C. hoc tit.

9. §. 2. C. de Vsur.

Quædam rursus ad partium assertiones, & iudiciorum cursum spectant. Solent enim iudices post litis inspectioné, caussæ statú constituendo, interfari facti esse disceptationé, vt proinde litigátes, probationib. & opinionib. præsumptis, rem agát. Iudex enim ius causæ suppeditare, non etiam ea quæ facti sunt, debet.[1] *Tit. de probationib. & præsumptionib.* Ant. §. commodú. de interd. E generib. autem probationú inartificialium, vt supra dictum est,[2] restat vt de instrumentis & testimonijs iam dicatur. Hęc enim ad rerum memoriam propriè pertinent. Est autem rerum memoria (auctore Cicer.)[3] duplex, tabularia seu consignata, quæ literarum memoriæ dicitur, atque in iure instrumentum. *Tit. de Fide instrumentorum, & amißione eorum.* Antist. §. item verborum. §. si scriptum. de inutil. stipul. & in fin. de fideiuss. & tit. de liter. oblig. Et memoria hominú, id est, testimonium.[4] *Tit. de testibus.* Antist. §. pater de testibus.

1. l. 2. hoc ti. et l. illicitas §. 1. de off. præsid.

2. ad lib. 12. ff.

3. pro Archia poëta.

4. l. 1. hoc tit.

Plane ex opposito hoc cõtingit, vt in iudicijs ac in causæ statu inficiali, obliuionẽ, ignorantiam, siue errorem producamus, ac
5.l.1.& 2. hoc tit. interdum testimonium eiuremus [5]. Est autem eiurare, testimonium iureiurando iustam caussam excusare testimonij non dicendi, quòd Græci ἐξόμνυσθαι appellant. *Tit. de Iuris & facti ignorantia.* Antist.§.recte de mand.

De iudicijs ciuilibus, eorumque ordine
6.à t.de senat. ac progressu, huc vsque dictum est, [6]

Digestorum seu Pandectarum

Liber vigesimus tert.

NVNC OPVS est vt de personis, rebus,
7.vsq. ad ti.de priuat.delict. & actionibus diligentius resumamus: [7] Et primo quidem ordine de personis sub quo tractatu, totius vitæ ac ætatis humanæ status inspici potest. Is autem consistit in tribus: [8] Natiuitate nempe, id est, coniúctione maris & fœminæ, & hinc liberorũ procreationibus ac educationibus. [9] Deinde in eorum, qui nondum perfectæ ętatis sunt tutela & cura. [1] Ac tadem in occasu hominum, & morientium nouissimis. [2]

8, in authent. de æqualit. dot. §.1.col.7.
9.vsq.ad tit. de tutel.
1.vsq.ad ti.de testam.
2.vsq.ad ti.de oper.no.
3.l.3.de cõcub.

Atqui coniunctiones viri ac mulieris (quæ quidem extra legis pœna sunt) [3] duarum sunt formarum. Est enim altera iusta, ac par-

ac partibus absoluta: Altera duntaxat ad instar. [1] Quantum ad priorem attinet, ea fit per matrimonium, cuius totum ius, aut in contractu, [2] aut in distractu nuptiarum, consistit. Sed quoniam in constituẽdo matrimonio, quædam sunt pręparatoria, quę dam etiam quæ contractum concomitantur, è re est, vt ex ordine rei gerendę, de singulis dicatur. Antecedunt sponsalia, quæ mentio sunt & repromissio futurarum nuptiarum. [3] *Tit. de Sponsalibus.* Antist. § si vxor in fin. de nupt. Iustas autem nuptias inter se ciues Rom. contrahunt, qui secundum ritus & legum præcepta coëunt. [4] *Tit. de Ritu nuptiarum,* Antist. §. fin. de pat. pot. & tit. de nupt.

1. d. tit. vnl. de concub.
2. vsq. ad ti. de diuort.
3. l. 1. hoc tit.
4. §. 1. eod. tit.

Concomitari denique solent res, quæ hinc inde donantur. Sed illud meminerimus donationum duo genera esse: Vnum quod instrumẽtis nuptialibus continetur, quę donatio non purè, sed ob caussam videlicet propter nuptias fit. [5] *Tit. de Iure dotium.* Quæ porrò huc pertinent, partim ad rationem & formam conueniendi reducuntur veluti pacta, quę dant legem contracti. [6] *Tit. de Pactis dotalibus*: partim ad rem ipsam ceu materiam conuẽtionis do-

5. l. cum multa C. de donat. ante nupt. l. si quis qui. hoc tit.
6. l. nec ex Prætor. de reg. iur.

 talis

talis, veluti lex Iulia quę prędio dotali, id est, quod propter vxorem ad maritũ peruenit, prospexit. *Tit. de fundo dotali.* Antist. §.1.quib.alien.

7. l. si nuptura de hoc tit. & l. 4. eod.

Digestorum seu Pandectarum Liber vigesimusquartus.

ALIVD autem donationis genus, lege vetitum est, nempe quę matrimonij oneribus subsidio non mittitur, sed liberalitate & gratia inter coniuges exercetur. *Tit. de Donationibus inter virum & vxorem.*

8. l. 1. hoc tit. et l. 1. de donat.

Nunc progredimur ad ea quę ad distractum faciunt, & in primis quibus modis dirimatur. *Tit. de diuortijs repudijs*: Deinde de cæteris quę soluto matrimonio, exoriri & cohęrere solent, cum ratione rerũ hinc inde collatarum, tum liberorum, qui fructus sunt matrimonij: de rebus autem, id est, de dote, duo explicat Iustin. Alterũ quẽadmodũ, soluto bona gratia matrimonio, dotis repetitio cõpetit, vtputa cessante caussa ob quam datum quid est. *Tit. Soluto matrimonio*: quemadmodũ dos repetatur. Antist. §. si aduersus. de nupt. & §. fuerat. §. Item si de dote de actio.

9. l. vitricus hoc tit.

Digest.

Digestorum seu Pandectarum Liber vigesimusquint.

ALTERUM est, quemadmodum propter retentionẽ, seu ex dote deductionem dotis repetitio seu quantitas minuatur. Cuius quidẽ rei iustissimę caussę sunt duę: Vna, impẽdia in rem dotalem, siue melioratio, quæ ad perpetuam vtilitatem pertineat.[1] *Tit. de impensis in rebus dotalibus factis.* Antist, §. propter retentionem de actio. Altera, furtum domesticum per mulierem commissum.[2] *Tit. de actione rerum amotarum.*

1. l. 1. & 3. hoc tit.

2. l. 1. hoc tit.

Circa partum duplex quæstio est, Aut enim quæritur de agnoscẽdo, atque etiam alendo eo, qui iam natus est: sæpè enim in caussa status liberorum, disceptatio est, an vxor sit: nec continuo mariti filius est, quia vxoris:[3] quamuis tamẽ expeditissimum sit, quod bonæ fidei possessor faciat fructus suos.[4] solent quoque iudices cognoscere & inter patronos & libertos, si de alendis his agatur.[5] *Tit. de liberis agnoscendis, & alendis, à parentibus, vel patronis & libertis.* Antist. §. præiudiciales, de actio.

3. l. filiũ in fin. de ijs qui sui.

4. l. quia de in ius vocand.

5. l. 5. §. solent. hoc tit.

Aut quæritur de eo, qui adhuc matris portio est, vel viscerum, hoc est, de ventre: Quæ res iterũ duas species cõtinet: Vnam

de obſeruando ventre, ne videlicet quæ quondam vxor fuit, vel calumnioſè prægnantem ſe dicat, vel falſum partum ſubijciat.[6] *Tit. de ventre inſpiciendo, cuſtodiendoq́. partu.*

6. l. 1. hoc tit.

Aliam de priuilegio ventris, quo (ad ſimilitudinem poſſeſſionis Carbonianæ) in poſſeſſionẽ bonorum mariti mittitur, non abutendo. Debuit enim prætor, quemadmodum facilis eſt, circa bonorũ poſſeſſionem dádam, itá ne aut alijs prædę occaſionem, pœnali iudicio proſpicere.[7] *Tit. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeßio dolo malo, ad alium trãſlata eſſe dicatur.* aut rurſus ne calumniam & mendacium mulieris, impunitam relinquat.[8] *Tit. Si mulier ventris nomine in poſſeßione calumniæ cauſſa eſſe dicatur.*

7. l. 1. hoc tit.

8. l. 1. hoc tit.

Ad extremum ſupereſt, de ea coniunctionis forma diſpicere, quę ſpeciem matrimonij, vt diximus, in ſe continet: per leges enim nomen aſſumpſit, & ideo (inquit Marcellus)[9] extra legis pœnam eſt. *Tit. de concubinis*. Antiſt. §. fin. de nupt. & §. quib. de hæred. quę ab inteſt.

9. in l. 3. hoc t.

Hactenus de legibus connubialibus, & concubinatu:[1] cuius rei auctorẽ habemus Iuſtin.

1. d. l. 2. §. poſt hos C. de vet. iur. enucl.

Iuſtinian. ne quis ordinem quempiam iudiciarium de perſonis, requirat.

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber vigeſimusſextus.

ORDINARIVM iam eſt, de perſonis dicere eorum, qui cùm ſint imperfectæ ætatis, deſierunt in patris poteſtate eſſe, aut morte aut emancipatione, quos in tutela eſſe vel cura naturali iuri conueniens eſt.[1] *1.§.fin.de Atil.tut.* Quamobrem hoc in tutelę & curę cognitione primùm verſabitur, num forte tutelæ vel curę ætas indigeat, num aliud quoduis impedimentum:[2] *2.tit.vni.de cur.furioſ.* Et ita definiemus, ei quem ætas tutelæ vel curę ſubijcit, non eſſe neceſſe tribui extraordinarium remedium.[3] Imprimis igitur conſtituẽdum eſt idipſum quid ſit tutela. *3.l.3.in fi.inſ. tit.1.* *Tit.de Tutelis*. Ant. tit.idem.§.1.& 2.

Deſcendendo nunc ad capita tutelar. quatuor proponuntur: primum eſt in partium diſtributione, & quam originem ſingulæ habeant.[4] *4.vſq.ad ti.de admin.tut.* Secundum in officijs eorum, qui quoquo modo tutores vel cur. creati ſunt.[5] *5.vſq.ad ti.de ſuſpect.* Tertium in fine & depoſitione tutel.[6] *6.vſq.ad tit. vbi pupill.* Et tandem in iudicijs, quæ ſubſequi & adhærere ſolent.[7]

Tutelarum origo, aut ex teſtamẽto, aut *7.d.tit.deinc.*

ab inteſtato contingit. Et quidẽ teſtamento datos tutores eos demum accipere nos
8.l.3.hoc tit. oportet, qui iure dati ſunt.[8] *Tit. de Teſtamẽtaria tutel.* Antiſt. §. permiſſum. §. cum autẽ. d. tit. & tit. qui teſtam. tut. dar.

9. in l.1. hoc tit.1. Et ne de confirmãdis tutoribus (inquit[9] Modeſt.) relinquamus indiſcuſſum, pauca & de his ſcrutemur. Sunt enim quidã dati rectè tutores ſecundum teſtamenta, vt diximus, quidam verò nec rectè: tunc quod deficit repleri cõſtitutiones conceſſerunt: hoc amplius ſcire oportet, quoniã curator teſtamento neque à patre rectè datur: ſed datum aſſuetum eſſe conſeruari ab eo qui
10.d.l.1. in fi. præeſt.[10] Vnde coniunctim, vt plerumque
11.l. ſcire de excuſ. tut. & l. qui neque de reb. eor. qui ſub tut. [11]tutoribus curatores accipiuntur. *Tit. de Confirmando tutore vel curatore.* Antiſt. §. fin. d. tit. de tutel. & §, ſed curator de curat.

Ab inteſtato autem (quantum ad tute-
12.l. Inteſtato. inf. tit.1. lam pertinet)[12] defertur dupliciter: Nimirum, aut ipſo iure, legitimos etenim tuto-
1.l.5. hoc tit. res nemo dat, ſed lex XII. tab. fecit tutores.[1] *Tit. de Legitimis tutorib.* Ant. tit. de legit. agn. tut. tit. de capit. dimin. in fi. tit. de leg.
2.l. muto. §. tutoris. ſup. de tutel. & l.3. hoc tit. patro. tut. tit. de leg. par. tut. & tit. de fiduc. tuto. Aut facto noſtro, id eſt, à magiſt. cui hoc nominatim cõmiſſum eſt.[2] *Tit. de tutorib.*

torib. et cur. datis ab ijs, qui ius dādi habēt: et qui & in quibus caußis specialiter dari poßunt. Ant. tit. de Attil. tutor. & §. tutor. autē de legat. Sed quoniá magistratibus ita demum imputatur, si moniti, secundum suam Iurisdictionem, tutores non dederint:[3] non alienum erit hoc loco de officio & iure nominandi tutores breuiter quoque differere.[4] *Tit. Qui petant tutores vel curatores, & vbi petantur.* Antist. §. Sed quemadmodum nos de S.C. Tertyll.

[3] l. 1. §. magistratib. de Magist. conue.

[4] l. 1. hoc tit.

Officium porrò seu munus tutorum vel cur. duab. in totú functionibus cótinetur: Quarú altera est, per se administrationis: Altera verò approbationis, illud est enim auctorem fieri.[5] Sufficit namque tutoribus & cur. inquit Vlp.[6] ad plená defensionem, siue ipsi iudicium suscipiant, siue pupillus ipsis auctorib. si modo tamen pupillus non absit vel infans sit. De priore. *Tit. est de administratione & periculo tutorū & curat. qui gesserunt vel non: Et de agentibus vel conueniendis vno vel plurib.* Antist. §. 2. de Satisd. tut. & §. sed et si de inut. stipul. De posteriore. *est Tit. de auctoritate & consensu tutorū & curat.* Ant. tit idem. & §. nunc admonēdi. Quibus alien. lic. & §. pupillus. de inut. stipul.

[5] l. 3. de Auth. & consf.

[6] l. 1. inf. tit. prox.

Sed

Sed illud intereſt, quod illo caſu, id eſt, cũ ſolus geſſit tutor vel cur. elegans quæſtio ſit de iure minoris.[7] *Tit. Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri poſſint.* Antiſt. §. fin. de cur.

7. l. fin. C. hoc tit. & §. ex his. per quas perſ.

Deſinunt auté tutores eſſe & curat. pręſertim hi, qui vel remouentur ob id quod ſuſpecti καὶ ἀπιστούμενοι Iudicibus viſi ſunt.[8] *Tit. de ſuſpectis tutorib. & curatorib.* Antiſt. §. fin. quib. mod. tut. & tit. idem. de ſuſp. tut.

8. l. ſi credit. de priuil. cred.

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber vigeſimusſept.

VEL QVI ex cauſſa legibus cognita ſe excuſant.[9] *Tit. de excuſationib. tutorum: Et de temporib. earum.* Antiſt. tit. idem.

9. l. 1. de vac. et excuſ. mun.

Iam verò iudicia, quæ propter tutelam cõpetunt, vel ſpectant perſonas minorum, vel res eorum: A perſonis oriũtur actiones ex cauſſa loci aut modi educationis aut alimentorum: Id enim agere prætorem oportet, vt rectè & ſine vlla maligna ſuſpicione alatur partus & educetur.[1] *Tit. vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimẽtis ei præſtandis.* Antiſt. §. ad certum. in fin. qui teſt. tut. & §. ſi quis tutor. de ſuſp. tut. De rebus autem exiſtit contentio primo loco,[2] cum ijs qui tutores ſunt ipſo iure vel curatores, aut

1. l. 1. hoc tit.

2. vſq. ad tit. de fideiuſſ. & nom.

aut qui pro tutore negocia gerunt vel pro curatore.[3] Inter pupillum itaque & tutorem, actiones nasci possunt, directa & contraria tutelæ: Quarum illa domino, hoc est pupillo, datur in tutorem, vt rationem reddat.[4] Sed si curator sit adulti, an has actiones admittemus? Et dicẽdum est, quia de pupillis directo lex loquitur, & coniunctim in hac parte, id est, quod ad rei familiaris administrationem attinet,[5] tutorib. accipiũtur curatores, vtilitatis caussa competere. *Tit. de Tutelæ & rationib. distrahendis: & vtili curationis caussa actione.* Antist. §. fin. de Attil. tut. & §. tutor. de oblig. quæ quasi ex cont. Contrariam autem tutelæ actionem prętor in vsum induxit, vt facilius tutores ad administrationem accederent, scientes pupillum quoque sibi obligatum fore ex sua administratione.[6] *Tit. de contraria & vtili actione tutelæ.*

3. l. qui neq. de reb. cor.

4. l. 1. §. 1. hoc tit.

5. l. si quis cur. C. de in integ. restit.

6. l. 1. hoc tit.

Pro tutore verò, inquit Vlpian.[7] vel pro curat. negotia gerit, qui munere tutoris vel cur. fungitur in re minoris, siue se putat tutorem esse vel cur. siue scit non esse, fingit tamen esse. In quam speciem duo iudiciorum genera extant: vnum quidem quo ad exemplum superiorum actionum, res omnis

7. in l. 1. §. r. inf. t. 1. l. Paul. de verb. signif.

omnis inter minores & tutores eorum vel cur. vtrinque salua maneat. [8] *Ti. de eo qui pro tutor. vel cur. negocia gessit.* Alterum, ne contrahentes decipiātur, dum falsus tutor vel cur. adhibetur. [9] *Tit. quod falso tutore auctore gestum esse dicetur.*

8 *l. 1. & fin. hoc tit.*

9 *l. 1. hoc ti. & l. qui à quolib. de cōtrah. emp.*

Cùm ostēdimus quemadmodum proprium negocium, vel administratio[1] tutorum vel cur. in iudicium veniat: [1] Videndum est secundo loco, de ijs, qui succedanei sunt alieni periculi. Nam quamuis heres tutoris, vel fideiussor, tutor non est, tamen ea quæ per tutorem gesta esse dicentur, per eosdem explicari debent, quo pupillo res salua sit. [2] *Tit. de fideiussorib. & nominatorib. & hæredib. tutorū vel curat.* Et nouissime in magistratus, qui cautionē ordinarie accipere solent, nonnunquam subsidiaria actio est. [3] *Tit. de magistratibus conueniendis, & eorum hæredib.* Antist. §. sciendum vsque ad fin. de satisd. tut.

1 *à tit. de tut. & rat.*

2 *l. 1. hoc tit.*

3 *l. quod ad heredē. hoc tit. & l. penul. C. eod.*

Ceterum hoc loco pretermittendū non erat, de reductione tutorię, necnon cur. potestatis ad auctoritatem prætoris: Plane in quibusdam caussis prætoris est in caussam descendere (nunc adiungere dicimus) & consortem administrationis se facere. [4] *Tit. de re-*

4 *l. 1. hoc tit.*

de Rebus eorum qui sub tutela vel cur. sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis. Antist. §.sed hic quib.alien.licet.

De communi & ordinario Iure tutelæ & curatorię iam satis. [5]Extra ordinem verò quicunq. rebus suis superesse non possunt, licet maxime XXV. annis maiores sint, ex æquo curatores à Prætore accipiunt. [6]*Tit. de Curatoribus furioso, prodigo, vel alijs extra minores dandis.* Antist. §.furiosi de curat.

5. à tit.de tut.

6.l.2.hoc tit.

Atque hæc quidem de tutelis & curationib. (inquit [7] Iustin.) *conscripsimus: Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis reposuimus, vndique tam vtilissima quàm pulcherrima Iura continentem.* Hæc ille.

7.in l.2. C.de vet.iur.enucl.

Digestorum seu Pandectarum Liber vigesimusoctauus:

Pandectarum pars quinta: de Testamentis.

NVNC progredimur ad extremum personarum tractatum, qui vt diximus, morientium nouissima continet: [8] quorum quidem omnium ratio duabus partibus primùm distinguitur: Alia enim sunt, quę ad caussam testamenti pertinet: [1] Alia, quę ad caussam intestati: earumque rerum naturaliter inter se pugna est, vt in paganis testatus & intestatus quis sit. [2]

8.vsq.ad ti. de exer.no.

1.vsq.ad tit. si tab.null.

2.l.ius nostrū. de reg.iur.

Ordinarium autem est, ante de iudicijs testan-

teſtantium & omnino de ijs qui teſtato decedunt, diſpicere.[3] Qua in re neceſſarium eſt, initium de iure teſtamentorum auſpicari.[4] & ſic deinde de his, quæ extra neceſſitatem teſtandi, in teſtamento aguntur.[5] Ac tandem de iure bonorum poſſeſſionis,[6] quod a prętore non ſolum in inteſtatorum hæreditatibus, ſed in eorum quoque, qui teſtaméto facto deceſſerint, introductú eſt:[7] Teſtamenti itaque nomen generale eſt, omne enim comprehendit, quod ad cauſſam teſtamenti pertinet.[8] In duas autem ſpecies propriè diuiditur, quarum altera teſtamentum ſimiliter & proprijſſimè dicitur: altera Codicilli.[9]

Horum omniú quæ reſpiciunt primam ſpecié, duo membra ſunt: Quædam enim ad ſubſtantiá teſtamentorum pertinent:[10] Quędam ad executionem, id eſt, vt conſtiterit teſtamentum & vt effectum habeat.[1]

Quibus explicitis, ſi quæratur, an valeat teſtamentum? multum intereſſe dices, an de ciue Rom. pagano ſeu priuato, an de milite, quæratur. Huius enim teſtamenta, iure proprio, beneficioque militum, id eſt, ex ſua voluntate, fieri dicuntur.[2] Illius verò, iure cómuni, & iure ciuili: Cuius quidem iuris

3. l. vni. d. tit. ſi tab.
4. vſq. ad ti. de legat.
5. vſq. ad ti. de bon. poſſ.
6. vſq. ad d. ti. de ſuis et legit.
7. §. 1. de bon. poſſ.
8. l. 2. §. 1. quemad. teſt. aper.
9. tit. vni. de iur. condict.
10. vſq. ad tit. de acq. hær.
1. §. in extraneis de her. qualit.
2. l. 2. de mil. teſt. & §. 1. inſtit. eo.

iuris regulę, & in forma modoque conden di conficiendique testamenti: [3] & in rebus, id est, ijs quæ in testamento inscribuntur, obseruari omnino debent. Testandi enim caussa de pecunia sua, legibus certis facultas est permissa. [4] Quam cōstitutionem intelligimus pertinere, non tantum ad legum solennitatem in ordinando, verumetiā quoad totius voluntatis expressionē, Nam & imperfectio non impletæ voluntatis, maximè testamentis obstat. [5]

3. vsq. ad ti. de hæred. instit.

4. l. testam. C. de testam.

5. l. si is qui de testam. et l. ius nostrū de reg. iur.

Et quidem vt de iusto & vtili testamēto dicatur, eius solennitates in duas classes distribuit Imp. Vnam, respectu testatoris, & scripturę seu ordinationis. [6] *Tit. de Testamentis: Et qui testamenta facere poßint, & quemadmodum testamenta fiant.* Antist. tit. de testam. ordin. & tit. quib. non est permiss. fac. test. Alteram verò respectu liberorum, qui in potestate sunt testatoris, ne præteritis illis, inutile sit testamentum. [1] *Tit. de liberis & posthumis hæredib. instituendis vel exhæredādis, vel præteritis.* Antist. tit. de exhæred. liber.

6. l. 4. hoc tit.

1. l. inter cætera hoc tit.

Nunc quoniā ex contrario contrarium cognoscitur, [2] sciendum est in summa, testamenta quędam non iure facta dici, quędam iure facta rumpi vel irrita fieri. [3] *Tit. de*

2. Arist. quinto ad Nicom.

3. §. alio autem in fin. quib. mod. testam.

Iniusto, rupto, & irrito facto testamento. Antist. tit. quib. mod. test. inf. & tit. de inoff. test.

4. l. 1. hoc tit. His vicinũ locum merãtur, quæ in testamentis interleta sunt, & obliterata.[4] & si nõ tam pertineant ad iuris solennitaté, quàm ad fidei quæstionem.[5] *Tit. de ijs quæ in testamento delentur, inducuntur, & inscribumtur.* Antist. §. ex eo autem. quib. mod. test.

5. l. si vnus §. de his auté C. de testam.

Iam autem quæ diximus ad rationem solennitatum testaméti spectant. Quæ verò sequuntur,[6] ad rerum dispositionem, testamentáriamque successionem, quo ferè omnis tendit ratio testandi.[7] Vbi imprimis scire oportet, quòd hęreditati suę quisque dicat, quem velit, modũ.[8] Et quidem hæredes, inquit Modest.[9] aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti dicuntur primo gradu. *Tit. de hæredib. instituendis.* Antist. tit. idem: Substituti verò secundo vel tertio,[10] id est, in casum deficientium primorum hęredum: eaque institutio duplex prima diuisione est, vulgaris seu promiscua & pupillaris. Vnde *Tit. de vulgari & pupillari substitutioné.* Antist, tit. de vulg. subst. & tit. de pupil. subst.

6. vsq. ad tit. de acq. hered.

7. §. sed neq de testa ord. et §. ante de legat.

8. §. disponat. in Authent. de nupt.

9. in l. 1. de vulg. & pup.

10. d. l. 1.

Hæres rursus & pure & sub conditione institui potest, ex certo tépore, aut ad certũ

tempus

tempus non poteſt:[1] Eſt igitur nominatim de condicionib. dicendum. *Tit. de Condicionib. institutionum.* Antiſt. §. hæres. cum §. ſeq. de hær. inſtit.

Et tandem cum cretione, vel ſine cretione. adeũdarum enim hæreditatum extraneis hæredib. centeſimus ſtatutus erat dies,[2] quib. non erat cretio addita. cernere quippe hęreditatem pro adire antiqui iuris verbum eſt.[3] At hodie ex æquo tempus deliberandi datur.[4] *Tit. de Iure deliberandi.* Ant. §. extran. aut de hæred. qualit.

1. §. hæres. de hæred. inſtit.

2. l. 2. hoc tit. & Iſidor. lib. 5. cap. 24.

3. l. cretionum. C. eod. Cic. ad Dolabellam.

4. l. 3. hoc tit.

Digeſtorum ſiue Pandectarum
Liber vigeſimusnonus.

De militvm autem teſtamentis, ideò ſeparatim procõſul edicit, quod optimè nouit ex conſtitutionibus Principum, propria atque ſingularia iura, in teſtamentis eorum obſeruari.[1] *Tit. de Militari teſtam.* Antiſt. tit. idem.

1. l. 2. hoc tit.

Deſcendamus nunc ad ea quæ poſt ritè ordinatum teſtamentum, & per mortem teſtatoris confirmatum, explicantur. Qua parte continetur omnis ipſius teſtamenti, tam in cauſſam teſtati quàm inteſtati exitus,[2] id eſt, de iure ſuſcipiẽdæ vel repudiandæ delatæ ex teſtamento hæreditatis. *Tit.*

2. l. ſi nemo ſubijt de reg. iur.

de acquirenda vel omittenda hæreditate. Antiſt. §.item extraneus.de hæred.qualit.

Pro qua quidem iuris parte,hoc eſt,quo melius & iuſtius,defunctorum iudicia,ſtatum euentus accipiant,aliquot ſequentib. titulis ſeu legũ claſſib.proſpectum eſt,quarùm aliquę docẽt,quib.in exequendo teſt. opus ſit. Et ſanè oportet teſtamenta, ſi in ſcriptis condita clauſaq. ſunt, aperiri, [3] quæ res non tam ad fidẽ, quam inde maiorem accipiant, aut ſtabiliorem,quàm ad cognitionem eorum,quę inſcripta ſunt,pertinet quod perquam neceſſariũ eſt, in vſu quotidiano. [4] *Tit.Quemadmodum teſtamenta aperiantur,inſpiciantur, & deſcribantur.* Aliæ,ad vim & auctoritatem teſtamentorum, religioſe conſeruandam retinendamque, reſpiciunt.Et quidem ſicut in publicis actis, nihil grauius eſt lege,ſic in priuatis firmiſſimum eſt teſtamentum, [5] à quo ne recedatur ad priuatũ cõmodum hęredis inſtituti tuetur Prætor. [6] *Tit.Si quis omiſſa cauſſa teſtamẽti, ab inteſtato,vel alio modo poſsideat hæreditatem.*

3. l.1.inf.ti.1.

4. l.de his de tranſact.& l.ariſto.de iur.delib.l.vni.C.de his qui ante apert.

5. Cic.Phil.2.

6. l.1.hoc tit.

Ediuerſo aliæ,impedimenta,in non adeundis hæreditatib.continent. Interdum enim teſtamentum aperiri & recitari cædis teſtatoris caſus impedit. [7] Auarũ quippe eſt,

7. l.3.§.quod ad cauſſam hoc tit.

pe est,&ingratum, non ante mortem eius, qui à familia sua occisus dicatur, exequi, quàm eius testamentum,& hęreditatem.[8] *Tit.de Senatusconsulto Sillaniano & Claudiano, & quorũ testamẽta non aperiantur.* Plerumque verò crimen hæredis,quòd aduersus libertatem testamenti faciendi,admissum est.[9] *Tit.Si quis aliquem testari prohibuerit,vel coẽgerit.* Hæc ergo de testamẽtis propriè dictis.[10]

8. l. Caius Seius hoc tit.

9. l. 1. hoc ti. et l. 1. C. eod.

10. à 1. de test.

Vltimum superest de codicillis dicere, qui intestato patrefa.mortuo, vicem testamenti exhibent: testamento autem facto, ius eius sequuntur.[1] *Tit.de iure Codicillorum.* Antist.tit.de Codicil.

1. l. ab intestato hoc tit.

Digestorum seu Pandectarum Liber trigesimusprimus,& secund.

AIT IMP. de legatis autem & fideicommissis,quinque librorum numerus aggregatus est.Cumque nihil tam peculiare fuerat, quàm legatis quidem legis Falcidię narratio,fideicommissis autem,quàm S.C. Trebelliani, singulis libris, vtrique eorum applicatis, tota pars quinta in nouẽ libros coadunata est. Hæc ille.[2]

2. in l. 2. C. de vit. iur. enucl.

Hic igitur locus secundus est ex ijs,qui, vt diximus,[3] circa occasum & nouissima personarum propositi sunt.[4] Vt autem or-

3. sup. ad li. ff. 28.

4. §. 1. de leg.

dine congruo agamus, imprimis recitat Imp. de reb. per legatum vel fideicommissum (quę per omnia exæquata sunt) [5] relinquendis: Et quænam legata deficiát, amittantur, deminuantur: vel econtrà, id est, quomodo obtineátur quę data, nec adempta reperiuntur.

5. l. 1. de legat. 1. et §. sed non vsq. de legat.

Et quoniam latissimè patet tractatus de legatis, ideo de origine & generali conditione legatorũ, tres libros sibi vindicauit. Legatum itaque est, donatio quædam testamẽto relicta. [6] quæ scilicet debetur post mortem testatoris, & post aditam hæreditatem ab hærede præstatur. [7] Id verò quod verbis precarijs & quasi per obliquum, non legis modo, relinquitur fideicommissum, ex etymo nominis dicitur. [8] *Tit. de Legatis et fideicommißis.* Ant. tit. de legat. & tit. de sing. reb. per fideicom. & §. fin. vers. item ex legato. de obligat. quæ quasi ex cont.

6. l. legatũ de legat. 2.

7. l. hæred. inf. quan. dies leg.

8. §. 1. de fideicom. hæred.

Digestorum seu Pandectarum

Liber trigesimustertius.

NVNC videamus quid proprij Iuris in quibusdam seruetur: veluti, Tit.

De annuis & menstruis legatis & fideicom.

Id est, si tẽpus pro legatario, & ad multiplicandam prestationẽ in testam. adijciatur. [1]

1. l. in singulos hoc tit.

De Vsu

De Vsu & vsufructu, & reditu, & habitatione, & operis, per legatum & fideicom. relictis. Antist. §. 2, de vsufruct.

De Seruitute legata, vrbana & rustica. Antist. §. fin. de seruit.

De Dote relegata. Antist. §. sed si vxori delegat.

De Optione, vel electione legata. Antist. §. optionis. d. tit.

De tritico, vino, & oleo, legato.

De fundo instructo, vel instrumento legato. Antist §. si quis ancillas. in fin. d. tit.

De peculio legato. Ant. d. §. si quis vers. sed si. §. Si peculium. & §. peculium. d. tit.

De penu legata.

De Supellectile legata.

Digestorum seu Pandectarum

Liber trigesimusquart.

DE ALIMEMTIS, *& cibarijs legatis.*

De auro & argento, mundo, ornamentis, vnguentis, vestib. vel vestimentis, et statuis legatis.

De Liberatione legata. Antist. § si quis debitori. d. tit. de legat.

De Rebus in legatum venientib. & fideicom. & quemadmodum relinquantur, iam dictum est.

Porrò eatenus lex est, paterfa. vti super

familia pecuniaque ſua legauerit, ita ius eſto.[2] Donec ex cauſſa legat. cognita, iterum aut infirmetur,[3] aut deducto aliquo ſaltem extenuetur.

2. l. verbis de verb. ſig. Cic. in Rhetor.
3. vſq. ad ti. ad leg. Falcid.

In iuſtis autẽ cauſſis, primum ordinem ducit, contraria voluntas teſtatoris,[4] præſertim in legatis & fideicom.[5] *Tit. de adimendis vel transferendis legatis vel fideicom.* Ant. tit. de adempt. vel tranſlat.

4. l. 4. hoc tit.
5. l. 1. §. fi. ſup. de iis quæ in teſtam.

Ambiguitas in teſtamento, vt non appareat quid actum ſit.[1] *Tit. de rebus dubiis,*

1. l. quedã. hoc tit. & l. vbi de reg. iur.

Coercitionis illicitæ, vel probroſæ adiectio illi facta, à quo quid relinquitur.[2] *Tit, de iis quæ pœnæ nomine relinquuntur.* Antiſt. §, fin. de legat.

2. l. vni. C, eod.

Initium vitioſum, ex iis nempe cauſſis, ad quas pertinet regula Catonis.[3] *Tit. de regula Catoniana.* Antiſt. §. an ſeruo. & §. ſed ſi rem. d. tit.

3. l. 1. hoc tit.

Et in genere, ſi quæ reiectanea ſunt in teſtamento ex variis cauſſis, quæ circumſcribenda contẽdimus: vulgo, ad quę nullus reſpectus habẽdus. *Tit. de iis quæ pro non ſcriptis habentur.*

Turpitudo atque indignitas legatarii.[4] *Tit. de iis quib. vt indignis legata auferuntur.*

4. l. 5, §. 2. hoc tit.

Digeſto-

Digestorum seu Pandectarum
Liber trigesimusquint.

POSTREMO cum variæ adiectiones & circumstantiæ in legando fiant, addendum & illud fuit, quid iuris in singulis deficientibus statuendum sit. *Tit. de Conditionib. & demonstrationib. & caussis, & modis eorum, quæ in testamento scribuntur.* Antist. §. siquidem in nomine cum §. §. duob. sequentib. de legat.

Proximum est vt ad id quod Imp. proposuerat,[5] nimirum vt diximus de lege Falcidia, & s.c. Trebelliano videamus, quibus nouissimè modus legatis, & fideicommissis etiam vniuersalibus impositus est. Ergo optimum quidem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata & fideicom. ne, vltra dodrantem, relinquat. quòd si excesserit dodrantem, pro rata portione per legem Falcid. vel S. Consultum ipso iure minuuntur.[6]

Lex Falcidia autē à C. Falcidio tribuno plebis, sub August. lata est,[7] ad cuius interpretationē cōmentaria ediderūt iurisconsulti. Vnde *Ti. ad legē Falcidiam.* Ant. tit. idē.

Illud animaduertendum est, vt cum dubitari iustè potest, vtrū lex Falcidia locum

5. in l. 3. C. de vet. iur. enucl.
6. l. in quantitate. §. 2. inf. tit. 1.
7. c. quædam distinct. 2.

habitura ſit nec ne, hæredi legatarium cauere debere: vt quanto amplius, quam per
1. l.1.§.1.& §.hæc ſtipulatio hoc tit. legem Falcid. liceat, ceperit, reddi.[1] *Tit. ſi cui plus quam per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.*

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber trigeſimusſextus.

2. in l.1. hoc ti. Explicito tractatu, inquit Vlpian.[2] qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, transſeamus nunc ad interpretationẽ s.c. Trebelliani, quod quidẽ ex s.c. Pegaſiano legem Falcid. produxit ad cõſequentiam. Tit. ad ſenat. conſultum Trebellianũ Antiſt. *Titu. de fideicom hæred. & ad ſenatuſcon. Treb.*

3. l. ſi tibi homo §. cũ ſeruis de leg. 2. Acquiſitio tandem & euentus legatorum & fideicom. per id tempus incipit,[3] quo dies ſingulorum cedit, cuius vis in eo
4. l.5. et 7. hoc tit. eſt, vt ſi poſt illam diem legatarius deceſſerit, ad hęredẽ ſuum transferat legatum.[4] *Tit. Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.* Antiſt. §. ſi peculium de legat.

Si verò dies aut condicio ad legati vel fideicom. petitionem actionemúe differri dicatur, eo caſu, quo magis ſuo tempore præſtatio fiat, edictis in hanc rem proſpectum eſt. Sicuti enim hæres incumbit poſ-

ſeſſioni bonorum: ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti, Prætori viſum eſt.[5] Quæ quidem res ita explicari poteſt; vt duorum alterum fiat, nimirum aut ſatiſdatio decernatur[6] *Tit. vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur*. Antiſt. §. prætoriæ de diuiſ. ſtipul. Aut ſi ſatis non detur, in poſſeſſionem bonorum, quę ex ea hæreditate ſunt, miſſio fiat.[7] *Tit. vt in poſſeſſione legatorum ſeu fideicom. ſeruandorum cauſſa eſſe liceat.* Verùm de legatis & fideicōmiſſis, quę extra ſolennitatē teſtamenti aguntur, hactenus.[8]

5. l. 1. inf. ti. 1.
6. d. l. 1. hoc ti.
7. l. quamuis hoc tit.
8. à lib. ff. 39.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber trigeſimusſept.

Pandectarum pars ſexta.

TERTIVS iam perſonarum, quæ teſtatæ ſunt, vt[1] diximus, locus eſt, de iure bonorum poſſeſſionis quod ex fontibus iuris Prętorij introductum. Eſt autem bonorum poſſeſſio,[2] (vt prius quid ſit quo de quæritur, cognoſcamus:) ius perſequendi retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cum is moritur, fuerit. Verbum ius perſequendi, pertinēs ad merum officium iudicis, eò hîc ſpectat, quod bonorum poſſeſſor nemo efficiatur ipſo iure ſoloúe animo, (quod in legitimis hęredibus receptū eſt)

1. ſup. ad li. ff. 28.
2. l. 3. inf. tit. prox.

est) [3] sed olim quidem decreto Prætoris, aut saltem iudiciali agnitione. [4] *Ti.de bonorum possessionibus*. Antist.tit.idem.

3.§.vlt.de hæred.qualit.
4.§.vlt.eod.et vid.Alciat.12.ca. 2.paradox.

Omnis autem bonorũ possessio, in vniuersum in duo genera discedit: aut enim ex testamento datur, id est, testamento facto: [5] aut ab intestato, cum quis intestatus decedit: siue vt Prætor concepit, sed strictius, si tabulæ testamenti extabunt: &, si tab. testamenti nullæ extabũt. Quæ enim ex nuncupato testamento datur possessio, suum nomen habet, videlicet secundum nuncupationem, vel contra nuncupationem. [6] Atque vt intelligeremus Prętorem in bonor. possessionib. eum sequi ordinem, quo & hæreditates deferuntur iure ciuili, prius de testamentis locutus est. [7] *Tit. Si tabulæ testamenti extabunt*. Antist.§.1.de bonor. possession.

5.vsq.ad tit.si tab.testa.null.
6.l.2.C.de bon.poss.secũd. tab.et l.vltim. C.de codicil.
7.l.vni.si tab. null.

In testamentaria autem bon. possessionis materia, quędam respiciunt eos, qui testamẽtum condunt: alia eos, qui ex testamento capiunt. Et imprimis quidem hic sese offert quæstio, de filiola, pupillo, infante, cæterisque id genus personis, non quidem tam de eo, an hi hæreditatis & bon. possessionis capaces sint, (quod tanquam indu-

indubitatum præſupponimus) ſed an ipſi petant,ſeu apud iudicē agnoſcant,an alius pro eis. [8]*Tit.de bonor.poſſeſsione furioſo,infanti, muto,ſurdo,& cæco competente.*

8.l.3.§.acquirere. & l.7.de bon.poſſ. & l. fin.hoc tit.

Conſequēs eſt vt videamus de his,quorum ex teſtamento bonor. poſſeſſio competit,pro quorum varia conditione,bonorum quoque poſſeſſiones variant.Et ſciendum eſt, quoſdā eſſe ingenuos, [1] quoſdam verò libertinos,& rurſus, alios eſſe togatos ſiue paganos, [2] alios milites,atque ex illis, alij ſunt ex numero aſcendentium,alij deſcendentiū,vel ex tranſuerſo.Ordinarium verò eſt ,prius de bon. poſſ.eorum tractari, qui ex ſuperiori ordine ſunt, [3] quique maximè iure cōmuni ſunt, veluti ingenuorū, ac paganorum : iam autem bon.poſſeſſio ex teſtamento , duplex eſt : Prima , liberis prçteritis datur,[4]de qua edicitur in genere quomodo fiat. *Tit.de bonorum poſſeſsoue contra tabulas*. Antiſt.§. emancipatos.& §.ſeq. de exhær.lib.& §.ſunt autem de bon.poſſ. & §,eadem hæc de hæred.quæ ab inteſt.

1.vſq.ad .t.de iur.patro.

2.vſq.ad t.de bon.poſſ.ex teſtam.milit.

3.l.nam etſi de inoff. teſt.et l. ſemper Vnd.li.

4.l.maximum C.de lib.pręt.

In petenda verò ex hoc edicto bon.poſſeſſione (ne qua iniuria ex iure naſcatur) rationem habere Prætorem oportuit, Primùm legatariorum , qui teſtatori coniuncti fue-

5.l.1.hoc tit. cti fuerant. [5] *Tit.legatis præstãdis,contra tabulas bonor.poss.petita.*

Deinde liberorum, tam eorum qui in rebus humanis sunt,ne qui iniuria inæqualitatis afficiantur: [6] vel concursu emancipati, [7] *Tit.de collatione bonorum:* vel filiæ dotatæ, [8] *Tit.de collatione dotis:* quàm posthumorum: quibus etiamnum conferendum est, [9] sed non antequã nati sunt: dum enim adhuc in vtero sunt,sufficit ventrẽ,in bon. possessionem vice cõtra tab.bon.poss. mitti. [10] *Tit.de ventre in possessionem mittendo, & curatore eius.*

6.l.vt liberis in prin.C.de collat.
7.l.1.hoc tit.
8.l.1.hoc tit.
9.l.posthumo. in prin.C.de collat.
10.l.fin.de collat.et l.1.hoc t.

Aliud edictum est,de nepotibus integri iuris,ex emancipato,per quod coniunguntur in bonis aui, id est, vt neque emãcipatus solus veniat ex iure prætorio, [1] neque nepotes iure potestatis objiciantur patri suo. [2] *Tit.de coniungendis cum emancipato liberis eius.*

1.l.4.§.1.vnd. lib.
2.l.1.hoc tit.

Postremò curam egit impuberum, qui admissuri ex superiori edicto contra tab. vel ex vnde liberi.bon.poss.ad Carbonianã póssessionem bonorum extra ordinem,interim confugiunt,ex quo de statu suo controuersiã fieri cognouerint [1]: quo casu non poterit tantisper scriptus hæres bon. poss. petere

1.l.3.in fin.et l.4.hoc tit.

petere secundũ tab.[2] *Tit. de Carboniano edicto.* 2. l. si impubes §. quæsitũ: hoc tit.

Secunda autem bon. poss. species est, quam Prætor omnibus iuris scriptis hæredib. proposuit. Qua in re, inquit Vlpian.[3] æquissimum ordinem secutus est. voluit enim prius ad liberos bon. poss. contra tab. pertinere: mox si inde non sit occupata, iudicium defuncti sequendum. *Tit. de bonor. possessione secunndum tabulas.* Antist. §. non tantum quib. mod. testam. §. 1. & 2. d. tit. de bon. poss. 3. in l. 2. hoc t.

De bonis parentum qui aliquo condito testamento, diem suum obierunt, dictum est.[4] Nunc per contrarium, turbato ordine mortalitatis, quæ iura à prętore presten tur in bonis emancipati, exequimur.[5] *Tit. si à parente quis manumißus fuerit.* Antist. §. & tunc ex edicto. quib. mod. ius pat. & §. fin. de legit. agnat. Hæc de paganis. 4. à tit. de bon. poss. cont. tab. 5. d. 1. hoc tit.

De militũm vero testamentis *Titulus est de bonor. possessione ex testamento militis.* Ant. §. sed si de exhæred. libero.

Ventum iam est ad eos, qui in alterius fide, & obsequio sunt, id est, ad libertos. Qua parte expendendum cum primis est, id ipsum quid sit, quod ius siue auctoritatẽ patrocinij, hoc est, domini benefici in cliẽ-

telarium,

6. Gell. lib. 5. cap. 13. telarium siue libertum, vocamus. [6] *Tit. de*
5. l. 1. hoc. tit. *iure patronatus*. Deinceps aliquot titulis, quid nam debeat libertus patrono, id est, de officio & iure clientelari, quod domino benefico, cum priuato, tum publico, libertus tam viuus quam mortuus prę̃stat, nimirum ad remunerandum tam grande
7. l. 1. de bon. libert. beneficium, quod in eum collatum est. [7] Viuus quidē in duobus obnoxius est, nempe, Obsequio & operis: Obsequium autem idem fere est, quod nos homasium dicimus, id est, reuerētia & obseruantia. Qua in parte coniunctam caussam habet filiusfam.
1. l. Libert. hoc t it. [1] *Tit. de obsequijs à liberis & libertis, parentib. & patronis praestandis.*

Digestorum seu Pandectarum
Liber trigesimusoctauus.

2. l. 1. hoc tit. OPERAE sunt diurnum beneficium, [2] quod quasi in pecuniæ præstatione consi-
3. l. fabriles hoc tit. stit. [3] *Tit. de operis libertorum*. Moriens verò libertus adfert aduentitium lucrum. *Tit. de bonis libertorum*. Antist. §. eo enim ipso. de legit. patr. tut. & tit. de succeß. libert. & §. cum antea de bo. poß. Et quidem hoc ius fere vsurpat is, qui prædij patrocinantis, id est, feudalis superioris dominus est. nam simul atq. in fidē venit beneficiarius nouus, quod

quod releuare vulgus vocat, caducaria iuſta, ſiue landimia, perſoluere cogitur.

Municipibus porrò plenum quoque ius in libertos confertur, hoc eſt, id ius quod etiam patrono.[4] *Tit. de libertis municipum & aliarum vniuerſitatum.* In ſumma quod ad bona libertorum attinet, duo explicanda veniunt: Vnum eſt, aſſignatio libertorum, id eſt, teſtificatio, cuius ex liberis, libertum eſſe quis velit.[5] *Tit. de aßignandis libertis.* Ant. tit. idem. Alterú eſt actio reuocatoria fraudis.[6] *Tit. ſi quid in fraudem patroni geſtum erit,* Et hæc de morientium nouiſſimis quę conteſtato nituntur.[7]

4. *l. vnic. hoc tit. l. ſed etſi de in ius vocand.*

5. *l. aßignare de ver. ſignif.*

6. *l. 1. hoc tit.*

7. *à lib. ff. 28.*

Altera pars totius materiæ, vti diximus, ea complectitur, quæ iure ſtirpis, & ex præſumpta duntaxat morientis volútate,[8] nobis obueniunt.[9]

8. *l. conficiũtur de iur. codicil.*

9. *vſq. ad tit. de oper. nou. nunc.*

Ab inteſtato autẽ omnis ſucceſſio, aut iure ciuili defertur: aut à Prætore datur per bon. poſſ. de quibus ne methodus turbetur, perpetuo tractu dicendum fuit:[10] exordio ſumpto à generali capite. *Tit. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.* Antiſt. §. & cum de bon. poſſ.

10. *l. 1. §. demũ C. de vet. iur.*

Nunc videndum quemadmodum ex hoc edicto ſuccedatur, vel non: & quo or-

 dine

dine. Atqui cum quæritur, quorum ab intestato bonor. possessio deferatur, aut de paganis quæritur, aut de militibus. In paganis quidē (vt semel dicamus) successionem ab intestato, in plures partes diuisit Prætor: fecit enim gradus seu ordines varios.[1]

Primum liberorum. *Tit. vnde liberi.* Ant. §. ex primo de bon. poss. §. emācipati. cum seq. de hæred. quæ ad intest.

Secundum legitimorum.[2] *Tit. vnde legitimi & vnde agnati.* Antist. §. secundo d. tit. de bon. poss.

Tertium cognatorum, qui nudam habent prætoris indulgentiā.[3] *Tit. Vnde cognati.* Antist. tit. de success. cognat. & §. quarto de bon. poss.

Hic locus nos admonet, vt de successione in locum successorum differamus, videlicet, cum prioribus non petētibus sequentes admittuntur:[4] quod hoc iure in ordine cognatorum obtinebat.[5] *Tit. de successorio edicto.* Antist. §. placebat de suc. agn. et conuenienter, quemadmodum generationes per gradus seu scalas cōnumerentur.[6] *Tit. de gradibus cognationum & affinitatibus.* Ant. tit. idem.

Quartum deniq. mariti & vxoris, idque in

1. *l. vnic. sup. tit. prox.*
2. *l. 2. §. fin. hoc tit.*
3. *l. 1. hoc tit.*
4. *l. 1. §. quib. hoc tit.*
5. *§. placebat de success. agn.*
6. *l. iurisc. hoc tit.*

in honorem iusti anteacti matrimonij. [7] *Ti. vnde vir vel vxor.* Antist. §. aliam verò de bon.poss. 7.§.quoniam verò in auth. de exhib.reis

Nunc sequitur de bonis militum,& qui à militia dimissi sunt, id est, veteranorũ. [8] *Tit. de veteranorum & militum successione.* Antist.§.si verò quib.non est permiss. Ediuerso tandem eos excipit Iustin. quos & ius ciuile capere hęreditatem prohibet. [9] *Tit. quibus non competit bonor.poss.* 8.§.2 quib.nõ est permiss. 9.l.non est de bon.poss.

Hæ igitur bon. poss. ad ius ordinarium pertinent. Extra ordinem verò & provt incidet legum tuendarum gratia, prætor dat bon.possessionem. [10] sub *tit. Vt ex legibus senatusue consultis bonor.possessio detur.* Antist.§. septima d.tit. 10.l.sed cum de bon.poss.& l.vni.hoc tit.

Cæterum ne quid desideretur, aliud edictum est, de ordine prætoriarum successionum. [1] *Tit. quis ordo in bonor. possessione seruetur.* Antist.§.cum igitur.vsque ad fi.d.tit. 1.l.1.hoc tit.

Huc vsque omnes prætoriæ successiones expositæ sunt, quæ tam ad ingenuos, quam libertinos respiciunt, bonorum possession. multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Hæc Iustinian. [1] 1. in l.2.C.de vet. iur.enucl.

Transgrediamur nunc ad titulos earum

hæreditatum, quæ lege ciuili deferuntur: Quorum prior omnẽ legitimę succeſſionis rationem in genere continet. *Tit. de ſuis & legitimis*. Antiſt. §. ſui autem de hæred. qualit. & tit. de hær. quę ab int. & tit. de legit. agna. ſucceſſ. Poſterior ſenatusconſ. complectitur, quorum beneficio mater & filius ordini cognatorum eximuntur. *Tit. ad Senatumconſultũ Tertyllianum & Orphitianum*. Antiſt. tit. de s.c. Tertyll. & tit. de s. conſulto Orphit.

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Liber trigeſimusnonus.

2. *à tit. de ſſ&ſ.* POST expoſitionem [2] eorum, circa quę plurimas de ſtatu perſonarum quæſtiones in legibus motas videmus, id eſt, (vt alibi ait Imp.) [3] circa noſtras natiuitates, id eſt, nuptias, & filiorum procreationes ac tutelas, & tandem circa nouiſſima, quale eſt aliquid voluntatum & teſtamentorum.

3. *in auth. de æqua dot. §. 1. coll. 7.*

Sequitur vt de rerum iure diſpiciamus, [4] quòd quidem tripertitum eſt. in rebus enim conſideramus, Dominium, poſſeſſionem, & obligationẽ. Dominium proprietas eſt, & ſubſtantia. Poſſeſſio vſus ſiue detentio. [5] Obligatio nexus.

4. *vſq. ad ti. de priuat. delict.*

5. *l. quæſtio de verb. ſignific.*

Dominij totũ ius (vt ab eo auſpicemur) conſi-

consistit, aut in conseruando, [6] aut in amittendo, [7] aut in acquirendo. [8] Aut enim hoc agitur, inquit [9] Vlp. quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodú quis rem suam vel ius suú conseruet: aut quomodo alienet vel amittat. Sumus autem hic semel admonendi, eo ordine hæc capita pertractari, vt quisque locus, dicendi ansam præbuerit & dicendorum admonuerit. *6. vsq. ad ti. de vectig. 7. vsq. ad tit. de acq. rer. do. 8. d. tit. deinc. 9. in l. fin. de legib.*

Conseruare itaque dicuntur illa, quæ integritati rei nostræ, vti tutior sit & munitior, prospiciunt. Nam cum cæteræ actiones, ad damna quæ contigerunt, sarcienda pertineant, [1] vt in legis Aquiliæ actione & alijs de quibus locuti sumus: [2] his vindicamus res nostras, aduersus iniuriá obueniétem: Vel ex causá molitionis rei nouę, quæ solo coniuncta sit: [3] cui subsimile est interdictum querulum, quod vi aut clam vulgo, complaincte en cas de nouuelleté. *Tit. de operis noui nunciatione.* *1. l. Pretor. §. 1. inf. tit. 2. 2. sup. lib. ff. 9. 3. l. 1. § hoc autem edictū. hoc tit.*

Vel ex caussa vitij rei inanimatę, quę ex sua ruina damnum minatur. [4] *Tit. de damno infecto, & de suggrundis & protectionib.* Ant. §. pretoriæ de diuis. stipu. vel aquæ pluuię, quæ imbre crescit, vnde damnum forte timetur. [5] *Tit. de aqua, pluuia arcenda.* *4. l. eorum qui in fin. hoc tit. 5. l. 1. hoc tit.*

Amisisse autem rem dicitur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.[6] Sed cum de meris omissionibus & perditionibus agitur, proprijssime tractari oportuit, de his quæ in sanctionem legis commissoriç incidunt, & de donationibus & manumissionibus.

6. l. labeo & sab. de verb. signif.

Primum igitur si quç res apud publicanum improfessa fuerit, & probabitur in commissum cecidisse, id est, in pœnam vectigalis fraudati, statim desinit eius esse qui crimen commisit.[7] *Tit. de publicanis & vectigalib. & commissis.* Donationes quoque ex sui natura puræ sunt alienationes,[8] & rerum amissiones:[9] vnde & Vlpian.[10] donare namque ait, perdere est. Donationes verò complures sunt, sed eas duntaxat enumerat Imper. quç donationis nomen retinent, nempe mortis caussa, & non mortis caussa. Quæ posterior inter viuos fieri dicitur, & proprie donatio.[1] *Tit. de donationibus.* Antist. §. aliæ autem eod. & §. sed & si de actionib.

7. l. cõmissa & l. fin. §. 1. & 2. hoc tit.
8. l. absenti inf. tit. 1.
9. l. sed et si §. cõsuluit de pet. hered.
10. in l. filiusf. inf. d. tit.
1. l. 1. hoc tit.

Mortis caussa donatio est, quç propter mortis fit cogitationem.[2] *Tit. de mortis caussa donationib. & capionib.* Antist. §. 1. d. tit.

2. l. 1. et 2. hoc tit.

Digesto-

Digestorum seu Pandectarum
Liber quadragesimus.

TERTIVS modus amittendi dominij, vt diximus, est manumissio. Est etenim manumissio datio libertatis,[1] quasi è mãcipio alieno emissio: & amittere alioquin dimittere significat. Terent. in Phorm. nunc amitte quæso hunc. *Tit. de manumissionibus.* Antist. §. 1. de liberti. Ad explicationẽ eius manumissionis quæ inter viuos fit, sic distinguemus, quod aut serui singulorum liberi fiant. *Tit. de manumissis vindicta.* Antist. §. multis d. tit. & §. eadem lege quibus ex causs. Aut cuiusuis Reipub. *Tit. de serui. manumissionib. quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur.*

1. l. 4. de iust. & iur.

Testamento autem manumittuntur, aut directo, id est, cùm à testatore libertatem accipiunt.[2] *Tit. de manumissis testamento.* Ant. §. atqui is de sing. reb. per fid. Aut indirecto, id est, ex fideicommisso, cum per manum alterius.[3] *Tit. de fideicommissarijs libertatibus.* Antist. §. libertas quoque d. tit. de sing. reb.

2. l. libertates hoc tit.

3. l. libert. hoc tit.

Ex ordine occurrit, vt vice versa de manumissionib. dicamus:[4] Nam tunc demũ effectum sortitur manumissio: Primùm

4. Cic. in 2. de orat.

 quidem

quidem, ſi quoquo modo libertas non adimatur. *Tit. de ademptione libertatis.* Vel ſi ſtatus manumiſſorum extrinſecus ad tempus aut condicionem non ſuſpendatur.[5] *Tit. de ſtatuliberis*. Denique & corruit manumiſſio è ſuperfluo collata.[6] *Tit. qui ſine manumißione ad libertatem perueniunt*. Et in ſumma, colligemus impediri libertatem vel ex perſona manumittentis, vel manumiſſi. *Tit. qui & à quib. manumißi Liberi non fiant, & ad legem Æliam Sentiam*. Antiſt. tit. quib. ex cauſſ. ma. non lic. & §. ex teſtamento. de hæred. inſtit.

Nunc vlterius progredientes, de libertorum allectione in ius & ordinem ingenuitatis dicendum.[7] Eaque allectio duplex eſt. Nam qui allegebantur, modò minorem ingenuitatem conſequebantur, vt puta, qui annulū aureum, (id erat olim inſigne[8] ordinis equeſtris, vt hodie ferè calcar aureum) à principe impetraſſet.[1] *Tit. de iure aureorum annulorum.* modò maiorem & iuſtam, veluti cùm hodie plebeius, quaſi abſterſa natalium ſordida condicione ad nobilitatem adſciſcitur, perinde ac ſi nobilis & ingenuus natus foret.[2] *Tit. de natalibus reſtituendis.*

5. *l. cum filius. §. ſeruus. de legat. 2. l. 1. hoc tit.*
6. *argu. l. vni. de remiſ. l. 1. et 2. hoc tit.*
7. *vſq. ad ti. de liber. cauſſ.*
8. *not. Budæus, ad l. fi. de ſena.*
1. *l. pen. hoc ti.*
2. *l. 2. hoc tit.*

Postremum locum dabimus præiudicijs quæ caussam status habere dicuntur: Ex quibus prius est,quo quæritur, an quis liber,an seruus sit, vnde iudicium liberale dicitur.[3] *Tit.de liberali caussa.* Antist.§ præiudiciales,de actio. Quo loco notandum est de his, quib.sui controuersiam facere non licet,seque dominio eximere.[4] *Tit.quibus ad libertatem proclamare non licet.*

3.l.in rem de rei vind.

4.l.1.hoc tit.

Posterius præiudicij genus est,per quod exquiritur an ingenuus quis sit,an libertus.[5] *Tit.si libertus ingenuus esse dicatur.* Ant.d.§. præiudiciales.Planè hic tractatus eam potissimum quęstionẽ continet,contra quem & quamdiu hæ actiones in rem, competant.[6] *Tit.Ne de statu defunctorum, post quinquennium quæratur.*

5.l.fin.hoc ti.

6.l.fin.hoc tit.

Quibus subijciemus collusionis,id est, συγκακουργίας vindicationẽ,propter honestatem publicam.[7] *Ti.de collusione detegenda.* Hæc de dominio amittendo.

7.l.1.& 4. hoc tit.

Digestorum seu Pandectarum Liber quadragesimusprim.

Post hæc, inquit Imp.[8] *de acquisitione tam dominij, quam possessionis, & titulis qui eam inducunt,qui multæ & variæ lectionis sunt.*[9] Quæ quidem methodi ratio appositissima

8. in d.l.2.C. de vet.iur.

9.vsq.ad t.de interdict.

tiſſima eſt. nam &ſi diſerte nos moueat:
10.in l.pen. de acq.poſſ. Venul.[10] permiſceri cauſſas poſſeſſionis & proprietatis non debere, attamen hæc quantum ad acquiſitionem attinet, adeò coniunctam naturam habere videntur, vt eadem opera, eodemque (quòd dicitur) oleo, pernoſci percenſerique debeant. Nam & dominium rerum à naturali poſſeſſione primum cœpit, eiuſque rei veſtigium in ijs remanet,quæ mari terra cœ-
1.l.1.de acq. poſſ. loque capiuntur.[1] Et genera quoque poſſeſſionum tot ſunt, quot & cauſſæ acqui-
2.l.3.d.tit. rendi eius quod noſtrum non eſt,[2] de quibus ſingulis ſuo ordine. Quamobrem ſeparatim prius de dominio acquirendo,& poſſeſſione proponitur, ac deinde ad permiſſionem vtriuſque peruenitur.

Quarundam rerum dominium nanciſcimur iure gentium: quarundam iure ciuili, id eſt, iure proprio ciuitatis noſtræ.Et
3.in L.1.hoc tit. quia,inquit Caius,[3] ius gentium antiquius eſt,quod cum ipſo genere humano proditum eſt, opus eſt, vt de hoc prius referen-
4.l.1.hoc tit. dum ſit.*Tit.de acquirendo rerũ dominio.*[4] Ant. §.ſingulorum vſque ad finem tit. de rer. diuiſion.

Poſſeſſio autem appellata eſt, à ſedibus, quaſi

quasi sedium positio. [4] Eamque adipiscimur corpore & animo, atq. ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium actum est. [5] *Tit. de acquirẽda vel amittenda possessione.* Antist. §. & conuenienter, per quas person. & §. possidere de interd. 4. l. 1. hoc tit. 5. l. 3. l. quem. hoc tit.

Sequitur de generibus possessionum dicere. ita enim intelligemus quibus modis legitimo & ciuili iure, id est, per vsucapionem, siue (quòd idem est) [6] præscriptionẽ, res nobis acquirantur, atq. per consequens vim & effectum possessionis, quem ex iure ciuili capit. 6. l. vnic. C. de vsucap. transf.

Vsucapio est acquisitio, vel adiectio dominij, per continuationem possessionis temporis lege finiti. [7] vsurpatio verò vsucapionis interruptio est. [8] *Ti. de vsucapionib. & interruptionib.* Antist. tit. idem. 7. l. 3. hoc tit. 8. l. 2. hoc tit.

Genera autem possessionum & vsucapionum tituli siue caussæ sunt hæ veluti,

Tit. pro soluto. Et non tantum quod debetur, sed & quodlibet pro debito solutum hoc titulo vsucapi potest. [1] 1. l. 1. hoc tit.

Tit. pro emptore. Hic tamen separata est caussa poss. & vsucapionis, nam verè dicitur quis emisse, & si mala fide, quæ, & in caussa possidendi abesse debet. [2] 2. l. 1. §. 1. hoc tit.

Tit.

Tit.pro hærede. Antist.§.sed tamẽ de vſucap.& §.pro hæred.de interd.

Tit.pro donato. id eſt; cui,donationis,à iu-
3.l.1.hoc tit. re permiſſæ,cauſſa, res tradita eſt.[3]

Tit.pro derelicto. Antiſt.§.hoc amplius de rer.diuiſ.

Tit.pro legato. Cuius nomine is videtur
4.l.1.hoc tit. poſſidere,cui legatum eſt.[4]

Tit.pro dote. Vt qui in dotem rem acce-
5.l.1.hoc tit. pit,vſucapere poſſit.[5] Eſt denique ſpecies poſſeſſionis,quæ vocatur *pro ſuo*,id eſt,cùm dominium nobis acquiri putamus, & ex
6.l.1.et 2.hoc tit. ea cauſſa poſſideamus ex qua acquiritur.[6]

Digeſtorum ſeu Pandectarum
Lib. quadrageſimusſecund.

TITVLVS eſt præterea vſucapionis,& quidem iuſtiſſimus,qui appellatur pro iudicato, qui habet locum cùm res eſt iudi-
7.c.q.vi.c. anteriorum. cata,à qua appellatum non eſt.[7] Si cui ergo
8.l.3.de publ. in rem. res ex cauſſa iudicati tradita ſit,[8] vel adiudicata,[9] Pro iudicato poſſeſſio,& ciuilis ac-
9.l.ſed etſi d. tit. quiſitio eſt,quod & Theophil.probat.[1] Cũ
1.ad §.fin.de off.iud. igitur res animaduerſione digna eſt, ſiquidem ſtatus Reipub.vt Cic.ait,maximè rebus iudicatis contineatur, ſic exponenda venit, vt cognoſcamus, primũ qui quẽadmodũ reo condemnato pro ſententia pręſcribatur

ſcribatur, id eſt, hoc iure ſpacio bidui aut tridui. Conſequenter de abſoluenda executione.[2] Lege enim agere exactorem nominis oportet, & tunc demùm pignerari, aut manum inijcere, niſi in quibuſdá cauſſis aliud ſingulariter conſuetum ſit.

2. à tit. 2. vſq. ad 11. de priuil.

Tertio de his, quæ incidere ſolent & incurrere in bonorum excuſſionem debitoris cõuicti, inquirendum. Res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit.[1] *Tit. de re iudicata.* Antiſt. §. vlt. in fin. de off. iud. Confeſſus verò pro iudicato eſt: quia quodammodo ſua ſententia damnatur.[2] *Tit. de confeßis.*

1. l. 1. hoc tit.

2. l. 1. hoc tit.

Poſt hæc autem nihil quæritur aliud quàm vt rem iudicatá ac determinatam, perſequamur, & omnino exequamur & conficiamus, quod quidem tam in corpus conuicti, quàm fortunas explicamus. Receptum nanque eſt, debitorem ipſum pro debito carceribus mancipari poſſe:[3] quod nunc vocamus arreſtare: Et vulgo in vſu eſt, capite & fortunis cauere, aut ſatis accipere, id eſt, veluti ſuppoſito pignori corpore. Qua de cauſſa ceſſionem bonorum, tanquam naufragij tabulam, ac perfugium carceris apprehendere licebit.[4] *Tit. de ceſſione*

3. l. 1. C. qui bonis ced.

4. l. 1. hoc. tit.

ſione bonorum. Ant.§.item ſi quis de ſociet. & §.fin.de actio.

Cæterum in bonorum fortunarumque excuſſionibus eo ordine eundum erit, vt non ſoluente vel latitante debitore conuicto, creditores in poſſeſſionem bon. ex decreto mittantur: ſed quo cuſtodiam tantum Prętor concedat[5] .*Tit.quib.ex cauſsis in poſſeſsionem eatur*. Atque ideo,ſi id longo tempore fiat,[6] iterum citabitur ad ſecundum decretum interponendum, quo creditorib.datur officio iudicis bona poſſidere,& tandem prout vtilè eis viſum eſt, ea diſponere.[7] *Tit.de bonis auctoritate iudicis poſſidendis vel venundandis*. Ant.§.1.de ſucceſſ. ſublat.quæ pro bon.Sed ſciendum eſt,hæc quę diximus de debitore conuicto, eadem remedia conſtituta eſſe aduerſus contumacem lite non conteſtata.[8] Quæ incidere autem diximus, numero ferè ſunt quatuor: Priuilegium prælationis ſiue præceptionis ex bonis cõmunis debitoris.[1] *Tit.de priuilegijs creditorum*: Separatio bonorũ defuncti, quæ creditoribus hæreditarijs decreto conceditur aduerſum creditores hęredis.[2] *Tit.de ſeparationibus bonorum.*

Conſtitutio magiſtri ſeu curatoris, qui in

5.l.1.hoc tit. l.3.de acq.poſ.

6.l.ſi fin.§.nõ ſolum de dam. infect.

7.§.1.de ſucceſſ.ſubl.quæ per bon.

8.c.1.ẽx.ex quib.cauſſis.c. quon. vt lit.nõ conteſt.

1.l.priuilegia hoc tit.

2.l.1.hoc tit.

in auctione bona diuendat.[3] *Tit.de curatore bonis dando.* Rescissio ac reuocatio fraudulentæ alienationis.[4] *Tit.quæ in fraudem creditorum gesta sunt, vt restituantur.* Antist.§.item si in fraudem.quib. manu. non lic. & §.ité si quis in fraudem. de actio. Hæc omnia quæ diximus ad acquirendum dominium & poss.tam acquirendam quam amittendam pertinent.[5]

3.l.2.hoc ti.et L.curatore de cur.furiof.

4.l.1.hoc tit.

5.à tit.de acq. rer.do.

Digestorum seu Pandectarum Lib.quadragesimustert.

Ait imp.[6] Post hæc omnia interdicta conglomerata sunt. Ordinarium etenim fuit, de formulis interdicendi, & omnino de his, quibus possessio muniri & obtineri solet, proponere.[7] Cic.vt per interdictum ius meum teneá. Et quo dilucidior sit interdictorú materia, cùmprimis sciendum nos illo etiamnú iure vti, vt si cui negocium possessoris cum aliquo sit, is actione extraordinaria certet, aut diplomate in forma, quod aiunt, impetrato per viatorem interdicendum curet. Vnde conformiter est. *Tit.de interdictis, siue extraordinarijs action.quæ pro his competunt.* Antist.§.1.& fin.eod.

6.in d.l.2.C. de vet.iur.

7.vsq.ad ti.de actio & oblig.

Interdictorum porrò ratio multiplex est,

eſt: nonnulla enim Prætor ſuæ iuriſdictionis gratia propoſuit, conueniebat quippe
8.l.1.in princ. Ne vis fiat. Prætori ſuos in primis tueri: [8] ex quorum genere ſunt hæc. *Tit.quorum bonorum.* Ant. §.reſtitutoria.& §. adipiſcendæ de interd.

Tit.quorum legatorum.

Tit.ne vis fiat ei,qui in poſſeſsionem miſſus eſt, Antiſt.d.§ reſtitutoria.

Tit.de tabulis exhibendis.

Rurſus ſciendum eſt, interdicta aut de
1.l.1.de interd. diuinis rebus, aut de humanis, cõpetere. [1] De diuinis,vt de locis ſacris.*Tit.ne quid in loco ſacro fiat.* Antiſt.d.§.reſtitutoria.

De rebus hominum interdicta reddun tur, aut ad publicam vtilitatem pertinentia,aut rei familiaris,aut officij,aut ſui iuris
2.l.2.d.tit. tuendi cauſſa. [2]

Publicæ autem vtilitatis gratia,introducta competunt,vel de vijs ac locis publicis: vel de fluminibus. Publici appellatio, ad ea hic pertinet,quæ non in pecunia popu-
3.l.1.§.2.ne quid in loc.l. ſed Celſus de contra empt. li,ſed in publico vſu habentur. [3] In his etenim tantũ iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohiben-
4.d.l.1.in princ. dum habet. [4] Prioris autem generis ſunt:

Tit. de locis,& itineribus publicis. In quorum poſſeſſionibus locum habent interdicta,

cta, partim ad prohibendum. *Tit. ne quid in loco publico, vel itinere fiat.* Ant. §. tertia vers. prohibitoriorum. d. tit. de interd. Partim verò ad obtinendum.

Tit. de loco publico fruendo.

Tit. de via publica, et itinere publico reficiẽdo.

Posterioris verò generis, siue vt dixi, de fluminib. publicis, id est, quæ perẽnia sunt[5] interdicta sumũtur ex ijsdẽ caussis, veluti. 5. l. §. 1. flum. tit. 1.

Tit. de fluminibus: & ne quid in flumine publico, ripaue eius fiat, quo peius nauigetur.

Tit. ne quid in flumine publico ripáne eius fiat, quo aliter aqua fluat, quàm priore æstate fluxit.

Tit. vt in flumine publico nauigare liceat.

Tit. de ripa munienda.

Priuata interdicta, quæ rei familiaris caussa proponi, ex Paulo supra dictum est, promiscuè hisce titulis continenter.

Tit. de vi & vi armata. Antist. §. recuperandæ d. tit.

Tit. vti poßidetis. Ant. §. retinendæ. d. tit. Et consequenter, inquit Vlp.[6] hoc interdictum proponitur, post interdictũ, vnde vi. 6. in l. 1. §. 2. hoc tit. Illud enim restituit vi amissam possessionem, hoc tuetur, ne amittatur possessio. Cuius etiam exemplo tuetur eum prætor, qui superficiẽ petit,[7] id est, non solum tue- 7. l. 1. §. prop. inf. tit. prox.

H tur

tur possessiones dominorum, verumetiam quasi inquilinorum.[8] *Tit. de superficiebus.*

8. *l. in prouinciali §. pen. de oper. nou.*

Pari ratione & de quasi possessione, interdictis vtimur. Est autem quasi possessio, rei incorporalis vsus.[1] Et hæc interdicta, aut de seruitutibus sunt locorum rusticorum. *Tit. de itinere actuque priuato.* aut aquæ, cuius seruitus imponi iure ciuili & constitui potest.[2] *Tit. de aqua quotidiana & æstiua.*

1. *Theoph. ad §. 2. de interd.*

2. *l. 1. §. hæc interd. hoc tit.*

Tit. de riuis.

Tit. de fonte.

Tit. de Cloacis. Seruitutes enim non tantùm aquæ vtendæ atque ducendæ esse solent, verumetiam hauriendæ, & repurgandæ: atque ita interdicta separatim quoque redduntur.[3]

3. *l. vni. de fon.*

Præterea interdictũ extat de nouis operibus, per quod occursum est calliditati eorum, qui vi aut clam quædam moliuntur.[4] Tit. quod vi aut clam. cui affine est, de remissionib. id est, cùm quis cessit operis noui nunciationi à se iam factę.[5] *Ti. de remißionib.* Restitutotia etiã edicta sunt hæc.

4. *l. 1. hoc tit.*

5. *l. vni. hoc ti.*

Tit. de precario, id est, parum fixo & certo.

Tit. de arboribus cædendis.

Tit. de glande legenda.

Officij autem caussa, id est, tuendæ liberta-

bertatis, videlicet ne homines liberi retineātur à quoquā, [6] edicitur sub *Tit. de libero homine exhibendo.* Iuris verò tuendi gratia, [7] *Titulus* est *de liberis exhibendis vel deducendis.* Eadem iuris æquitate, de rebus ducendis aut exhibendis. [8] Interdicta proposita sunt.

6 l. 1. hoc tit.
7 l. 2. hoc tit.
8. tit. fin. huius lib.

Tit. Vtrobi. Antist. d. §. retinendæ.

Tit. de migrando.

Titu. de Saluiano interdicto Antist. §. interdictum quoque d. tit.

Digestorum seu Pandectarum
Lib. quadragesimusquart.

Deinceps, inquit Imper. [9] de exceptionibus & temporum prolixitatibus, explicandū est. Retinendæ enim atque adeò defendendæ possessionis duplex via est, aut exceptio aut interdictū. Exceptio datur ex multis caussis ei qui possidet. [1] Sed prius omnibus in vnum collectis defensionum generibus dicendum. *Tit. de exceptionibus seu præscriptionibus, & præiudicijs.* Ant. tit. de exceptio. & tit. de replicat.

9. in d. l. 2. C. de vet. iur.
1. l. 1. vti poss.

Porro exceptiones, quoniā sola ęquitate prætoria nituntur, ex varijs caussis descendunt, & ne res exemplis egeat, veluti si quis excipiat rem iudicatam, quoniam actum agere ius non est. [1] *Tit. de exceptione rei iudicatæ.*

1. l. cum quæritur. cum 2. seq. hoc tit.

tæ. Antist.§.item si in iudicio de except. vel ius rei vsucaptæ, quod veteres, præscriptionem vocant,[2] quæsitum non raro ab auctore, cuius caussam sequitur is, qui ab eo rem quæsiuit. *Tit. de diuersis & temporalibus præscriptionib. & de accessionib. possessionũ.* Antist.§.diutina.& §. seq. de vsucap. Vel si quis excipiat dolum malum, ac vim metumúe. *Tit. de doli mali & metus exceptione.* Antist.§.2.d.tit.

2. *l. vni.* C. *de vsucapt. trãsf. l. si quis* C. *de prescr.* 30. *vel* 40. *annorum.*

Plane de quibusdam caussis iudicium non constituit Prætor.[3] sic Quintil.[4] Vltima, inquit, superest ratio, aliquo iuris adiutorio elabẽdi è iudicio, quod neque negari, neque defendi potest, vt non videatur iure actio intendi. vt ecce in iureiurando, quoniam nec probato quidẽ periurio actio est.[5] *Tit. quarum rerum actio non detur. et de exceptione iurisiurandi.*

3. *l.* 1. §. *quæ onerandæ hoc tit. l. gener. de verb. signif.*
4. *libr.* 3.

5. *l. quod si. de dol. mal.*

Vnum adhuc restat, nimirum vt de effectu, qui ex commissis altercandi vicibus nascitur, subiungamus: Constituta quippe videtur litis agitatio, cum inter partes tandem conuenit, quid in controuersiam vocatum sit, quidúe litẽ faciat, hoc est, quod litigiosum siue τὸ κρινόμενον, vocamus. *Tit. de litigosis.*

Quæ

Quæ igitur iam diximus ad rerum dominium & possessionem pertinent.[6] *6.à.tit.de oper. no.*

Nunc de reliquo, id est, de obligationibus ius compositurus Imper. idem obiter coniunctimque de tertio totius iuris capite, id est, de actionibus pertractat: [7] nimirum vt quæ sit earum propria vis & conditio, & quemadmodum diuidantur ac pereant, cognoscamus, [8] nam queadmodum exerceantur actiones, superioribus libris dictum est satis.[9] Primum igitur constituamus quid sit obligatio, quid actio. *Titu. de sponſ. actionib. & obligationibus.* Antist. tit. de obligat. & tit, de actio.

7. vſq. ad tit. de delict.

8. Theoph. ad §. 1. de oblig.

9. à tit. de iud. vſq. ad tit. de

Digestorum seu Pandectarum Lib. quadragesimusquint.

Pandectarum pars septima.

SED CVM de obligationibus & actionibus in genere sermo fiat, cur peculiariter ad verborum obligationes, statim deflectimus? Respond. quod in hisce iuri translatitio. siue (quod dicimus) extẽsioni appositissime locus sit. Est enim verborum obligatio, omnium aliarum conuentionum per se parum subsistentiũ, velut pedamentum & constabilitio, [1] vnde & nomen stipulationis accepit.[2] quod etiam notat Var. lib. 1. de ling. lat.

1. Paul. lib. 5. sentent. cap. 8.

2. §. 1. de verb. oblig.

Omnes autem obligationes quemadmodũ & actiones,vt dicere institueramus, aut ciuiles [3] dicuntur, aut honorariæ.[4] de ciuilibus duo sunt membra : Contrahendi vnum, [5] & ediuerso,distrahẽdi alterum. contrahitur autem omnis obligatio, aut proprio [6] nomine:aut alieno, veluti,si quis pro alio reus fiat.[7] Cæterum cùm quęritur qui contrahant, vel de liberis hominibus, vel de seruis,quæritur. Quátum ad liberos attinet,(vt semel dicamus:) Subinde simpliciter singuli obligantur, seu stipulantur à singulis. Vnde in genere est. *Tit.de verborum obligationibus*. Antist.tit.idem.& tit.de inutil.stipul. Subinde verò ita stipulantur, vt solidum singulis debeatur, vel promittentes singuli in solidum teneátur, scilicet æquè principaliter & reciprocè, [8] id est, quod dicitur vulgo,vn pour toutz &chascũ pour soy. *Tit.de duobus reis stipulandi & promittendi*.Antist.tit.idem.

3. vsq.ad ti.de pretor stipul.
4.l.action.in fin.sup.t.prox.
5.vsq.ad tit. de nouat.
6.vsq.ad tit. de fideiuss.
7.l.1.d.ti.sup. proxi.
8.l.1.et 2. hoc tit.

Cum seruus stipulatur., ex persona domini sibi deberi,& is debere potest.[9] *Tit.de stipulatione seruorum*. Antist.tit. idem.& tit. per quas person. nob.oblig.& §.si quis alij. §.item inutilis.de inutil stipul.

9.l.nec seruus de pecul.

Digesto-

Digestorum seu Pandectarum Lib. quadragesimus sext.

QVI AVTEM alieno nomine, id est, accessoriè, obligatur, fideiussor in genere dicitur. frequens enim est, vt fide aliena, id est, alio spondente in creditum eamus, vnde fideiussor, qui sua fide pecuniam dari mandat, & iubet. *Tit. de fideiussoribus et mandatoribus.* Antist. tit. idem.

Constitutæ iam sunt omnis generis ciuiles obligationes. Nunc per contrarium subnectit Imper. rationes earundem ipso iure dissoluẽdarum: veluti nominis translationem in nouam obligationem, vel in nouam personam debitoris, quæ propriè delegatio dicitur. [1] *Tit. de nouationibus & delegationibus.* Ant. §. præterea nouationes quib. mod. toll. oblig. 1. l. 1. & l. delegare hoc tit.

Solutionem: cuius duæ sunt species. [1] Vna, naturalis siue vera, quæ per redditionem est eius quod debetur. *Tit. de solutionib. & liberationibus.* Antist. §. 1. d. tit. Alia ciuilis est siue imaginaria. [2] *Titul. de acceptilation.* Antist. §. item per acceptilationem. d. tit. Hactenus de ciuilibus. Dicuntur autem prætoriæ obligationes, latiore significatione, quod ex iurisdictione & edictis Præto-

1. l. verb. inf. tit. 1.

2. l. 1. & l. acceptilatio hoc tit.

3. l.1. hoc ti. et §. prætoriæ de obligat. rum deſcendant,[3] cuiuſcunque tandem iuſſu vel officio interponātur *Ti. de Prætorijs ſtipulationibus*. Antiſt. §. prætoriæ de obligat. & §. 2. de diuiſ. ſtipul. Exempli gratia, de

4. l. cum pupillus hoc tit. tutela.[4] *Tit. Rem pupilli, vel adoleſcentis ſaluam fore*. Antiſt. tit. de ſatiſd. tut. & §. fin. de di-

5. l. iudicatum hoc tit. uiſ. ſtip. De eo quod iudicatum erit.[5] *Tit. iudicatum ſolui*. Antiſt. §. 1. §. ſi verò aliquis de ſatiſd.

Pro agnitione & præſtatione eius, quod

6. l. in ſtipulat. hoc tit. actum factumúe erit ab alio.[6] *Tit. rem ratam haberi & de ratihabitione*. Antiſt. §. procurat. & §. ſin autem d. tit.

Hucuſque de perſonis, rebus & actionibus dictum eſt.

Digeſtorum ſeu Pandectarum.
Lib. quadrageſimuſſept.

ABSOLVTIS ijs, quæ ad rerum ciuilium expoſitioné pertinebant conſequen-

7. in d. l. 2. ter, inquit Iuſt.[7] *Duo terribiles libri poſiti ſunt, de delictis priuatis, extraordinarijs, nec non publicis criminibus, qui omnem continent ſeueritatem pœnarumque atrocitatem: Quibus permiſta ſunt ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, & qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt, & de pœnis, quæ condemnatis infligũtur, vel conceduntur, nec non de eorum ſubſtantijs.*

Delicta

Delicta igitur omnia, vel priuata sunt, vel extraordinaria, vel publica: Cuius quidem partitionis auctorē habemus, vt iam dictum est, Iustin. idemque confirmat responsum Pauli,[8] vt assertione non egeat. 8. in l. & in priuatis ad S. C. turpil.

Priuatum delictum est, quod ex legibus priuatorum iudiciorum venit.[9] priuatum autem appellamus, quod ad singulorum vtilitatem spectat. vnde rei priuatæ iudicium, & partis ad partem. *Tit. de priuatis delictis.* Antist. §. 1. de oblig. quæ ex del. 9. arg. l. 1. de publ. iud.

Maleficia autem priuata omnia, vnius generis sunt. nam ex re tantum consistūt, id est, ex ipso maleficio:[1] Versantur verò vel circa res, vel circa personas: aut, vt Aristoteles[1] declarat, circa bona interna, & externa. Interna vocans, quæ circa animum vel in corpore consistunt; cætera verò externa, quæ quidem intercipiendi caussa, aut amouētur, aut rapiuntur. Aliud enim esse rapi, aliud amoueri, palam est, siquidē amoueri aliquid etiam sine vi potest, rapi autem sine vi non potest.[2] 1. §. 1. de oblig. ex del. 1. primo Rhet. 2. l. 3. §. aliud de incend. rui. naufr.

Exordiendum itaque est, ab hisce delictis, quæ clam & fraudulenter fiunt,[3] inter quæ furtum quasi genus est, communem habens noticiam cæterorum eiusdē notæ. 3. vsq. ad tit. vi bon. rapto.

Vnde *Tit. de furtis*. Antiſt.tit.de oblig.quæ ex del.§. 2. deinceps. & §. ex maleficijs.§. ſed furti de actio. Species auté actionum quæ ex furto naſcuntur, ſunt hæ. Tigni ædibus vel vineis iniuncti.*Ti.de tigno iniuncto.* Antiſt.§.cùm in ſuo de rerum diuiſ.

Furti aduerſus ſtatuliberum,qui iacentem domini ſui hȩreditatem depopulauerit.[4] *Tit.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit:& poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſurripuiſſe , aut corripuiſſe quid dolo malo dicatur.*

4.l.1.hoc tit.

Furti,quaſi ex maleficio in exercitores. *Tit. furti aduerſus nautas , caupones , ſtabularios.* Antiſt. §. pen. de oblig. quæ quaſi ex del.

5.l.1.hoc tit. Furti noxalis familiæ ſeruorum nomine.[5] *Tit. de familia furtum feciſſe dicatur*. Furtum denique cæſæ arbores dicuntur,quæ ignorante domino celandiq́.eius cauſſa cȩduntur.[6] *Tit.arborum furtum cæſarum.*

6.l.furtim hoc tit.

Iam tractatum eſt de clandeſtinis. Qui verò rem rapuit, & vi bonorum raptorum tenetur in quadruplum, & poſt annum in ſimplum.[7] *Tit.de vi bonorum raptorum*. Ant. tit.idem. & §.ex maleficijs. verſ.vi autem de actio. Planè hoc etiam addendum , vt ſi quid propter tumultum , furti, rapinæ, damni-

7.l.1.& 2.in princ.hoc tit.

damniúe datum sit, pari modo vi bonor.
raptor.actione agi. [8]*Tit. de incendio, ruina, naufragio, rate naue expugnata*. Antist. §. sequens illa de actio. 8. l. 1. hoc tit.

Hęc referuntur ad externa: [9]ad quorum exemplum tandem sublata lege talionis, [1] & Rhadamanthi, [2] pecuniaria pœna constituta est aduersus contumeliam, quę non in respondendo sed in lacessendo consistit. nam si respósum est, fraudi esse non debet. *Tit. de iniurijs et famosis libellis*. Ant. tit. idem. 9. à tit. de iure. 1. §. pœn. de iniur. 2. Arist. in 5. ethicor.

Medio loco de criminibus extraordinarijs differitur, [4] quæ & si vtroque extremorum participent, neque tamen publicis iudicijs, neque priuatis actionib. continẽtur, vtputa quorum principale ius in extraordinaria persecutione consistat. [1]*Ti. de extraordinarijs criminibus*. Veluti Sepulchri dolo malo violatio. [3] *Tit. de sepulchro violato*. 4. vsq. ad ti. de publ. iud. 1. l. 1. de crim. stell. 2. l. 2. de iur. balne. l. hodie de pœn. 3. l. 2. hoc tit.

Extorsio, siue impressio, simulato aliquo imperio. [4] *Tit. de concussionibus*. Antist. §. tripli. & §. quadrupl. de actio. 4. l. 1. hoc tit.

Pecuariorum abductio. [5] *Tit. de abigeis*. 5. l. 2. hoc tit.

Proditio caussæ in iudicijs. [6] *Tit. de præuaricatoribus*. 6. l. 1. hoc ti. et l. præuaricatores. de verb. signif.

Criminosorum hospitatio & protectio. [7] *Tit. de receptatoribus*. 7. l. 1. hoc tit. & l. eod.

Furtum

Furtum nocturnum & balnearium. *Tit. de furibus balnearijs.*

Effractio ædium & compilatio. *Tit. de effractorib. & expilatorib.*

Hæreditatis nondum aditæ expilatio. *Tit. de crimine expilat. hæredit.*

Et in summa vbicunque titulus criminis deficit, ibi stellionatus obijciemus.[8] *Ti. de crimine stellionatus.*

8. l. 3. hoc tit.

Limitis remotio. *Tit. de termino moto.* Ant. §. fin. de off. iud.

Coitio, id est, multorum pactio arcana & per se illicita, monopolium dicimus. *Tit. de collegijs & corporib. illicitis.*

Hæc de extraordinarijs siue medijs criminib. Nunc de publicis. Publica autem dicta sunt, quod cuiuis ex populo executio eorum plerumque datur.[9] Nam à populo publicum rectè quid dicitur.[1]

9. §. 1. de publ. iud.

1. l. bona ciuit. de verb. sign.

Publici autem iudicij nomen generale est, ac in duo genera diuiditur: Quorũ alterum publicũ similiter dicitur: Alterum populare.[2] Popularem autem actionẽ dicimus, quæ suum ius populi tuetur.[3] *Tit. de popularib. actionibus.*

2. Eũ qui §. in populari de iureiur.

3. l. 1. hoc tit. l. si cui de verb. signif.

Digesto-

Digestorum seu Pandectarum
Lib. quadragesimusoct.

IVDICIA publica sunt ea, quæ ex legibus iudiciorum publicor. veniunt. [4] *Tit. de publicis iudicijs.* Antist. tit. idem. 4. l. 1. hoc. tit. l. 3. de pœna.

Sed quoniam multa in hisce tam instituendis, quam explicandis singularia, & ab ijs quæ diximus distincta, obseruantur, [5] De ijs age scrutemur: atque in primis quidem id in his exigendum est, vt aliquis in reos referatur, id est, de publico iudicio constituendo & ex quib. legib. videndum. [6] 5. §. 1. de publ. iud. 6. vsq. ad ti. de S.C. turp.

Deinde quemadmodũ reus peragatur. [7] peragi enim reus in criminib. nõ res peragi dicitur: Tandem verò de ijs, quæ in absoluenda executione consistunt. 7. vsq. ad ti. de pœn.

Primum itaque lege Iul. publicor. iud. cauetur, vt omnes qui reum aliquem deferunt, libellũ accusationis seu inscriptionis, legitimè ordinent, & deinde subscribant. [1] *Tit. de accusationib. & inscriptionibus.* 1. l. 3. l. si cui hoc tit.

Instituta porrò accusatione, dies reo delato dicitur, quod euocare Oratores appellant, [2] aut etiam compræhensio hominis, decernitur. Qui sanè vbi ad iudicẽ venerit (siquidem frustra procurator constituatur) [3] de custodia eius, & elargitione exhibitione- 2. Cic. in Verr. actio. 2. 3. l. pen. de publ. iud.

4.l.1.&4. hoc tit. bitioneúe iudex æstimabit. [4] *Titu.de custodia & exhibitione reorum.*

Altera iam pars istius capitis, vt diximus, est, ex quibusnam legib. crimina caussam publici iudicij accipiant, & obiter quam coercitionem singula habeant: veluti,

Tit.ad legem Iuliam maiestatis. Antist.§.2. de publ.iud.& §.interdum, de hæred.quæ ab intest.

Ad l. Iul. de adulteris coërcendis. & stupro. Antist.§.item lex Iul.de adulterijs.d tit.de publ.iud.& §.est autem de hæred.instit.

Ad l.Iul.de vi publica. Antist.§.item lex Iul.de vi d.tit.& §.recuperandę de interd.

Ad l.Iul.de vi priuata. id est, inermi: Omnino enim eo iure vtimur, vt quicquid per vim fiat, aut in vis publicæ, aut priuatę, crimen incidat. [5]

5.l.hoc iur. de reg.iur.

Ad l.Corneliam de sicarijs & veneficis. Antist.§.item lex Cornel.d.tit.

Ad l.Pompeiam de parricidijs. Antist.§.alia denique d.tit.

Ad l.Cornel.de falsis, et de S.Cons.Liboniano. Antist.item lex Corn.de falsis d.tit.

Ad l.Iuliam repetundarum. Antist.§.sunt prætorea d.tit.

Ad l.Iul.de annona.

Ad l.

Ad l.Iuliam peculatus. & de sacrilegijs, & residuis. Antist. Item l.Iul.peculatus & d.§. sunt d.titul.

Ad l.Iul de ambitu. Antist.d.§.sunt.

Ad l.Iul.de plagiarijs. Antist.§.est & inter d.titul.

Proximum caput est, de peragendo accusato. Est enim peragere reum, ita rei accusationem persequi, vt reus tãdem damnetur, [6] quod etiã iudicare reum in legib. dicitur.[7] Et quidem in hac parte, primùm quæritur de accusatore, secundo, de accusato, tam absente, quàm præsente & iam exhibito.

6.l.2.ad l.Iul. de adult.l.6. inf.tit.1.
7.l.iudicasse de verb.signif.

Accusatorum audacia & temeritas, tribus modis detegitur, & trib.pœnis subijcitur: aut enim calũniantur, aut prȩuaricantur, aut tergiuersantur.[1] Verùm quoties tã accusator pœnæ s.c. Turpiliani, id est, calumniȩ vel desertionis,[2] quàm etiam accusatus supplicio siue reatu eximitur, tũc dicendum est nomen eorum subscriptũ vel delatum, velut extingui & aboleri.[3] *Tit.ad S.C.Turpilianum, & de abolitionibus criminum.*

1.l.1.hoc tit.
2.l.in s.consultum hoc tit.
3.d.l.1.§.2.

Circa reum verò hoc iure vtimur, vt in absentem sententia non festinetur, sed annotari solet, vt requiratur, non vtique ad pœnam

pœnam,ſed vt poteſtas ei ſit, purgandi ſe,
4.l.1.C.eod. ſi potuerit.[4] Qui tamen ſi edictis & iudicum proſcriptionibus, ſeu (vt dicimus) bannis, non obtemperauerit, variè pro ra-
5.l.5.de pœn. & l.2.C.eod. tione delicti,ſtatuitur.[5] *Tit.de requirendis reis,vel abſentibus damnandis.*

Quantum ad preſentem reum attinet, ſi quando res ſuſpicioſa quidem, ſed quæ reum delatum non perimat, in criminibus
6.l.1.hoc tit. ſcrutandis,tormenta adhiberi ſolent.[6] *Tit. de quæſtionibus.*

Poſtremum eſt de his quæ poſt ſententiam criminalem,in executione verſari ſolent, id eſt, de bonis damnatorũ,& eorum
7.l.2.§.& poſt hæc C.de vet.iur.enucl. cadaueribus.[7] Cæterum damnatus ille eſt, vbi damnatio tenuit.[8] Illud etiam intelli-
8.l.1.inf.tit. prox. gendũ eſt, quod ad ſtatum damnatorum pertinet,nihil intereſſe, iudiciũ publicum fuerit,nec ne: nam ſola ſententia, non genus criminis ſpectatur.[9] Pœna igitur eſt(vt
9.l.quod ad ſtatum d.tit. prox. generaliter dixerim) noxæ vindicta: Noxa enim & fraus,quaſi pœnæ præparatio eſt.[1]
1.l.aliud eſt fraus de verb. ſignific. *Tit.de pœnis.*

Iam autem quod ad bona attinet, certi iuris eſt,tũc ea publicari, cum aut vita adimitur,aut ciuitas amittitur aut ſeruilis cõ-
2.l.1.hoc tit. ditio irrogatur.[2] *Tit.de bonis damnatorum.*

Verùm-

Verùmenimuero hoc æquiſſimè exiſtimatum eſt, eo caſu, quo propter pœnam parentis,aufert bona damnatio, rationem haberi liberorũ & maximè legitimorum.[3] *Tit. de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur.* 3. l. vni. hoc ti.

Et quęſitum eſt de illo,qui conſcita ſibi morte, vel corrupto accuſatore,reatui exemptus,ad quem bona pertineant. [4] *Tit. de bonis eorum, qui, ante ſententiam, mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.* 4. l. fin. hoc tit.

Proxima denique morti pœna eſt,in inſulam deportatio : cæteræ ferè ad rem pecuniariam vel exiſtimationem pertinent. enimuerò facinoroſi quidam ſunt perditiſſimi,quidam verò emendabiles. *Tit. de interdictis, & relegatis, & deportatis.* Antiſt. §. cum autem is. quibus mod. ius pat. & §. minor. de cap. diminut.

At ediuerſo ſciendum eſt, tantum ad reſtitutionem indulgentiam principis valere ad reſtitutionem in integrum, quantum ad correctionem ſententia valuit.[1] *Tit. de ſententiam paſſis & reſtitutis.* Antiſt. §. ed ſi ex indulgentia. quib. mod. ius pat. 1. l. vlt. C. eod.

Reliquum eſt de cadaueribus punitorum diſpicere. & hoc iure vtimur, vt non

aliter ſepeliantur, quàm ſi fuerit petitum

2.l.2.hoc tit. & permiſſum:[2] quamuis canonibus, ſicut nec communio his denegatur, ita nec ſa-

3.c.quæſitum xiij.q.ij. cra ſepultura deneganda eſt.[3] *Tit. de cadaue-rib. punitorum.*

Digeſtorum ſeu Pandectarum Lib. quadrageſimusnon.

4. in d.l.2.C. de vet.iur. AIT IMP.[4] *Liber autem ſingularis de appellationibus nobis excogitatus eſt, contra ſententias, tam ciuiles quàm criminales cauſſas finientes.*

Sed eorum methodus, quæ ad ſecundum iudicium, nempe appellationis pertinent, explicatione noſtra non eget, ipſa enim ſe oſtendit. Appellatio, eſt iniquitatis ſententiæ, apud ſuperiorem iudicem

5.l.perfect.de minor. querela.[5] Relatio, iudicum conſultatio eſt.

6.l.1.hoc tit. [6] *Tit. de appellationib. & relationibus.*

Deinceps in ſpecie de ijs quæ inquiſitione digna videbantur veluti, *Tit. à quibus appellari non licet*: quidam nempe iudicádo

7.l.1.hoc tit. ius ſtatuunt,[7] quorum ſententia *areſta* vulgò dicuntur.

Titul. quis & à quo appelletur, ordo enim appellandi eſt, vt non intercisè à mino-

8.l.Imperat. de appell. ri iudicio ad maius tribunal cognitio aſcendat.[8]

Tit.

Tit. quando appellandum sit, et intra quæ tempora: & quidem biduum vel triduum appellationis, à tempore latæ sententiæ computatur.[1]

Tit. de appellationibus recipiendis, vel non.

Tit. de libellis dimissorijs, qui apostoli dicuntur.

Ti. nihil nouari appellatione interposita. Iudex qui non cessit prouocationi attentasse à practicis dicitur,

Tit. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. Resp. si expressim sententia contra iuris tenorem data fuerit, valere non debet, & ideò sine appellatione, caussa denuo induci potest.[2]

Ti. An per alium causæ appellationis reddi possint. Respond. generaliter quæ caussa per aliũ agi non potest, eius nec appellatione per alium agi oportet.[3]

Tit. si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit. Antist. §. qui autem excusare. de excus. tut.

Tit. eum qui appellauerit in prouincia defendi.

Tit. apud eum à quo appellatur, aliam caussam agere compellendum.

Tit. si pendente appellatione mors interuenerit. Vltimo enim loco tractandum fuerat,

1. *l. 1. §. biduũ hoc tit.*
2. *l. si expressim de appell.*
3. *l. 1. hoc tit.*

&c quando interpoſita & recepta appellatio ex poſtfacto extinguatur.[4]

4.l.vnic.hoc titul.

Digeſtorum tractatus poſterior ſiue τῶν προσθηκῶν.

POST ABSOLVTAM pandectarum ſummæ partitionis priorem partem, ſub qua principale ius, imò, vt ſemel dicam, τὸ σῶμα totius iuris Rom. tam publici quam priuati, contineri, ſupra diximus.[5]

5.ff.lib.1.

Reliquum nunc eſt, vt ad poſteriorẽ tandem veniendum ſit, quæ nimirũ velut agnaſcitur principi tractationi, vtpote, quod partim ea contineat ſeparatim, quæ huius ſtudij poſitiones tranſgrediantur:[6] veluti de rebus fiſcalibus, militaribus, & municipalibus. hæc enim omnia, cum iure publico aut priuato ciuili Romanor. commodè coire non poterant.[7] partim verò titulos quoſdam generales & communes totius iuris.[8]

6.l.1.§.huius ſtudij de iuſt. & iur.

7.d.§.huius ſtud.verſ.publ.

8.tit.de verb. ſign.& tit.de reg.iur.

Ex his itaque, quę in ordinem iuris communis redacta non ſunt: Primum eſt ius ſiue priuilegium fiſci, rerumq́ue fiſcalium, quæ Auguſti ſunt, id eſt, quę non ex priuata ſubſtantia,[1] ſed ratione & iure ſuæ amplitudi-

1.l.idẽ Iulian. in fin.de leg.1.

plitudinis ad eum peruenerunt. quocirca nunc quaſi priuatæ, dicuntur Principis,[2] nunc etiam nec publicæ:[3] vnde hoc loco, *Tit. de iure fiſci.* Antiſt. §. theſauros. de rer. diuiſ. & §. nec fiſci. de vſucap.

2. l. 2. ne quid in loc. publ.
3. l. inter publ. de verb. ſig. & §. theſauros de rer. diuiſ.

Vtilis quoque & perquam neceſſaria eſt τοῖς πολιτικοῖς προσθήκη & appendix τῶν πολεμικῶν commemoratio, vt vtrunque tempus tam bellorum quam pacis rectè poſſit gubernari:[4] Sic Camillus apud Liuium, ſunt enim, inquit, & belli & pacis iura: iuſteque ea non minus quàm fortiter didicimus gerere: iuſtitia tamen non in templo Martis opes ſuas, ſed in delubro Pacis aſſeruat, & in templo Iani clauſo, ideoque magis in rebus politicis occupata.

4. in proem. inſtit.

Primum igitur eſt, vt dicatur de belli commiſſione & iure hoſtili.[5] *Tit. de captiuis & poſtliminio reuerſis, & de redemptis ab hoſtibus.* Antiſt. §. item ſi ab hoſtib. quib. mod. ius patr. §. item ea quæ. §. ſacræ res. de rer. diuiſ. & §. fin. quib. non eſt permiſſ.

5. §. ius autem gentium. de iuſt. & iur.

Secundum quod ſequitur eſt, de diſciplina rei militaris, & priuilegijs militum. Et quidem ſub primo membro varia ad rem bellicam pertinentia iura conſcripta in genere extant. *Tit. de rebus militari.*

Cæterum priuilegia quæ propter castra & militiam tributa dictum est, agitari solent, tum in filijsfamilias. *Tit. de castrensi peculio.* Antist. §. 2. per quas perso. §. sed testari. §. fin. de milit. testa. & §. itaque si quidam. quib. non est permiss. tum & in veteranis, id est, qui honestè sacramento soluti sunt.[6] *Tit. de priuilegijs veteranorum.*

6. l. 2. hoc tit.

Digestorum seu Pandectarum Liber quinquagesimus.

POST HÆC ad rem municipalem, vt quis status sit, quodúe ius ciuitatum & municipiorum, progredimur. quo pertinet quod alibi dixit Imper.[7] Omnes populos legibus tam à se promulgatis, quàm compositis regi.

7. in proœm. instit.

Sed quo expeditior sit hæc tractatio, Primùm, ius constituamus de re municipali, & omnino de municipibus & incolis, quorum appellatione, non aliter quàm populi apud Romanos, vniuersi eiusdem territorij, siue (vt dicimus) ressortitionis, continentur.[1] *Tit. ad municipalem, & de incolis.*

1. l. 1. hoc tit.

Proximo loco de ijs, qui rei municipali præficiuntur, deque officijs municipalibus. Et

Et quidem præfectorum duo ſunt genera: Vnum eorum, qui adminiſtrationi, cui & iuriſdictio adhæret, præpoſiti ſunt: Aliud eorum, qui ſimpliciter adminiſtrant: Hos eleganter Ariſtot. [2] ἐπιμέλητας καὶ ἐπιστάτας vocat: illos verò Ἀρχάς, id eſt, magiſtratus, inter quos primum ordinem ducunt in municipijs, decuriones. Nam ſciendum eſt, ad exemplum eorum, qui Romæ ſenatores fuere, in municipijs decuriones fieri, [3] qui & curiales dicti ſunt, vt viri ſenatores & patricij, [4] & apud nos ſcabini pro decurionibus ſunt. *Titul. de decurionibus & eorum filijs*. Antiſt. §. fin. de nupt. & §. 2. de hæredit. quæ ab int. Verùm vt diſtinguatur, qui quorum numerum ſeu officiorum ſint capaces, qui non, permultum enim intereſt, quid à quo in Republ. geratur. [5] Idcirco præcipitur vt decuriones iuſto ordine in pyctatio ſiue in λευκώματι, ſcribantur. [6] *Tit. de albo ſcribendo*: Atque ideo conuenienter ſequens articulus eſt, de officijs municipiorum diſtinguendis ac ſeparandis: Et in ſumma ſciendum eſt, quædam eſſe munera aut perſonarum aut patrimoniorum, item quoſdam eſſe

2. in 4. politic.

3. l. exemp. C. de decurio. Lib. 10.

4. l. 3. C. de inceſt. nupt.

5. l. honores ſu pr. tit. 1.

6. l. 1. hoc tit.

7. l. 1. l. rescripto §. fi. hoc ti.

8. l. 1. & l. municeps hoc tit.

9. Gell. lib. 9.

1. vti sup. dictũ est ad lib. 1. ff.

2. l. qui libera hoc tit.

honores.[7] *Titul. de muneribus & honoribus*. Tractari autem hoc loco bellissime poterit de vacationibus & iure priuilegiorum. interdum enim euenit, vt quidam eximij dicantur, qui iure communi in republ. non sunt, sed iuris communis vacationem habent, & excusationem ex varijs caussis,[8] de quibus in genere est, *Tit. de vacatione & excusatione munerum*. Antist. §. 1. de excus. tutor. Quocirca necesse fuit eodem loco de priuilegijs & iuris beneficijs subuertere. Est enim nihil aliud ius immunitatis, quã quod vulgo priuilegium dicitur, hoc est, lex de primo aut in primum lata.[9] *Tit. de iure immunitatis*. Antist. §. sed & quod in fin. de iure nat.

Postremo addenda & alia distinctio munerum, quæ omnes omnino functiones complectatur. Alij enim in municipijs sunt, idque ad imitationem Reipubl. Roman.[1] qui foris ac peregre publicum negocium tuentur.[2] *Tit. de legationibus*. Antist. item qui Reipubl. de excusat. tutel. Alij verò, qui domi, quorum functio ob id *Ἀστυνομία* dicitur, sub quo genere, multæ formæ continentur munerum, quæ peculiarem

liarem procurationem poſcunt. *Titul. de administratione rerum, ad ciuitatem pertinentium*. His proximè Iuſtinian. quædam velut per ſyluam, quibus in ciuitatibus cum ordinarie, tum extra ordinem, Reipublicæ contineantur, ſubiungit, veluti.

Titul. de decretis ab ordine faciendis, id eſt plebiſcitis.

De operibus publicis.

De nundinis.

De pollicitationibus. Et in vniuerſum magiſtratum eorum poteſtatem habere oportet, de quibus lege caueri ſatis exacte non poteſt:[3] exempli gratia, ſi minoris tribunalis iudex per imperitiam iudicauerit, imperitia æſtimanda eſt.[4] *Tit. de varijs & extraordinarijs cognitionibus & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicatur*. Antiſt. §. 1. de oblig. quę quaſi ex dol.

3. Ariſt. 3. pol.

4. l. fin. hoc tit. Cic. lib. 2. de Orat.

Tit. de proxinetis.

De cenſibus.

Huc vſque de priori parte eorum quæ de appendicibus ſunt totius iuris Quiritum.[5] Ad extremum Imper. breuiarium quoddam & vniuerſi iuris epitomen fini totius operis reſeruauit. Nam vt Quntil.

5. à tit. de iur. ff.

ait, quæstio iuris omnis, aut verborum ac rerum interpretatione seu proprietate, aut recti prauique disceptatione, continetur: Quorum vna pars ad sermocinalem & rationalem Philosophiam redundat. *Tit. de verborum & rerum significatione*. Pars altera ad moralem. *Tit. de regulis iuris*. Antist. §. fin. de donat.

SEQVITVR

Primæ ac generalis Digestorum partitionis Tabula, siue Απόδειξις.

Pandectarum iuris summa partitio est in duos tract.

- *Alterū propriū siue τῶν ἐντέχνων cuius c. sunt 2.*
  - *Τῶν πρώτων quæ primā prolusionem continent*
    - *Ipsius iuris ac N.*
    - *Eorum quæ ad omne ius quo vtimur pertinent*
      - *Personarum tit. 5. lib. 1.*
      - *Rerum tit. 8. vni.*
      - *Actionū siue iudiciorum titul. 9. vsq. ad 2. partem ff.*
  - *Posteriorum siue directorum quæ iustum tractatum cōtinēt*
    - *Rerum ciuilium quarū cap. in vniuersum possunt statui 4.*
      - *Iudiciorū in quib. videlicet caput actionu agitur: iam verò res quæ in caussis vertuntur vel*
        - *Puræ sunt, id est, nec creditæ 2. parte. ff.*
        - *Creditæ 3. parte ff. vsq. ad tit. de Sponsal.*
      - *Personarum, quarū ratio trib. explicatur partib. siue gradibus,*
        - *Natiuitate et ortu hominū, tit. de spons. vsque ad tit. de tut.*
        - *Orphanorū tut. & cura titu. de tutel.*
        - *Morientiū nouissimis titu. de testam. vsq. ad ti. de no. oper.*
      - *Rerum in quibus considerantur hæc tria, numirum*
        - *Dominium ti. de no. oper. nunc.*
        - *Possessio quæ tamen cum dominio proximè con iunctam habet caussam, vnde in plerisq. hæc cō miscentur. ti. de acq. poss.*
        - *Obligatio, cui con iūctim accipien da est Actio. ti. de act. & oblig.*
      - *Actionum titul. de actio. vsq. ad tit. de priuat. del.*
    - *Criminum siue delictorum quæ tripartitò diuiduntur: vel enim sunt*
      - *Priuata.*
      - *Extraordinaria lι. ff. 47. & 48.*
      - *Publica.*
    - *His porro additur de appellationib. quæ post absolutum vnumquodque iudicium interponuntur. Tit. de appell.*
- *Alterum vero accessoriū ἢ πρόσθετον quo quidem continetur partim*
  - *Ius Rom. translatitium, id est, quod per extensionem ad alia interpretes vocant*
  - *Communia totius iuris*

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ANTVERPIÆ,
ANNO M. D. LXV. QVAR-
TO NON. IANVAR.

